400

Apostolic Fathers

NOVUM TESTAMENTUM

EXTRA CANONEM RECEPTUM.

EDIDIT, COMMENTARIUM CRITICUM ET ADNOTATIONES ADDIDIT,
LIBRORUM DEPERDITORUM FRAGMENTA

COLLEGIT ET DISPOSUIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.

MDCCCLXVI.

CLEMENTIS ROMANI

EPISTULAE.

EDIDIT, COMMENTARIO CRITICO ET ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT.

MOSIS ASSUMPTIONIS

QUAE SUPERSUNT

PRIMUM EDITA ET ILLUSTRATA

ADDIDIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLXVI.

PROLEGOMENA

AD NOVUM TESTAMENTUM

EXTRA CANONEM RECEPTUM.

Novi Testamenti canonem „per varios casus, per tot discrimina rerum“ tandem ad finem pervenisse constat.[1]) itaque in Novi Testamenti sacrum codicem etiam libri recepti sunt in antiquissima ecclesia valde addubitati et a plerisque reprobati. alii extra hunc canonem relicti sunt, qui primitus in plerisque ecclesiis maxima fruebantur auctoritate. huius rei testes sunt ipsi Bibliorum codices antiquissimi. nam codex Alexandrinus canonicis Novi Testamenti libris addidit Clementis Romani epistulam utramque, codex Sinaiticus Barnabae epistulam integram, Petri apocalypsin, quam sex folia sequentia non conservata continuisse videntur, denique Hermae Pastorem adiecit. hi libri inter Patrum apostolicorum scripta edi solent. qui titulus non tantum propter horum librorum veram originem, sed etiam propter ipsam notionem fluctuantem neque certis terminis circumscriptam displicet. alii libri, qui et ipsi ad christiani canonis historiam per-

[1]) cf. librum meum: Der Kanon und die Kritik des Neuen Testaments in ihrer geschichtlichen Ausbildung und Gestaltung, nebst Herstellung und Beleuchtung des Muratorischen Bruchstücks, Hal. 1863.

tinuerunt, deperditi sunt. fragmenta J. A. Fabricius[1]) et J. E. Grabius[2]) ediderunt, sed haec iam valde aucta et emendata denuo edenda sunt, et in hac collectione plurima comprehenduntur, quae ad ipsam codicis sacri originem non pertinent, plane apocrypha seriorisque aetatis. omnibus igitur omissis, quae in Patrum apostolicorum scriptis et in Novi Testamenti codice apocrypho ad ipsas canonis origines non pertinent, ceteris quae huc pertinent collectis, efficitur *Novum Testamentum extra canonem receptum*, quod edere et colligere ausus sum, in hoc opere eam secutus legem, ut omnia scripta, quaecunque in Novi Testamenti collectionibus antiquioribus locum quemdam habuerunt, sive integra sive ex parte conservata, undique conquirerem.

sacri autem codicis varietas antiquissima revocanda est ad ipsius Christianismi principale discrimen, Judaismum aut defendentis, aut impugnantis. qui ex Hebraeis Christi fidem receperunt, praeter Veteris Testamenti codicem unico utebantur evangelio secundum Matthaeum, et eo primitus hebraico (cf. huius operis fascic. IV). unico huic evangelio neque epistulas Pauli, quem tamquam apostatam legis recusabant,[3]) neque Acta apostolorum canonica addebant, XII apostolorum et Pauli discordiam potius quam concordiam praedicantes. alia quidem Acta apostolorum

[1]) Codex apocryphus Novi Testamenti, collectus, castigatus testimoniisque, censuris et animadversioribus illustratus, Tom. I. II. Hamburgi 1703. editio secunda, emendatior et tertio etiam tomo aucta. Hamburgi 1719.

[2]) Spicilegium ss. Patrum ut et haereticorum, seculi post Christum natum I. II et III. Tom. I. sive seculum I. ed. II. Oxoniae 1700. cf. etiam Credneri librum: Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften. Vol. I: Die Evangelien der Petriner oder Judenchristen. Hal. 1832.

[3]) cf. Irenae. adv. haer. I, 26, 2, Origen. c. Cels. V, 65 (Opp. ed. Ruae. I, 628) *εἰσὶ γάρ τινες αἱρέσεις τὰς Παύλου ἐπιστολὰς μὴ προσιέμεναι, ὥσπερ Ἐβιωναῖοι ἀμφότεροι καὶ οἱ καλούμενοι Ἐγκρατηταί.* Eusebius HE. III, 27, 4: *οὗτοι δὲ* (Ebionaei) *τοῦ μὲν ἀποστόλου πάσας τὰς ἐπιστολὰς ἀρνητέας ἡγοῦντο εἶναι δεῖν, ἀποστάτην ἀποκαλοῦντες αὐτὸν τοῦ νόμου.*

recipiebant, quibus Paulus impugnabatur, famososque illos libros Clementi Romano suppositos, qui Petri veri gentilium apostoli et Pauli falsi gentilium apostoli, per Simonem magum repraesentati, certamina enarrant, lectitabant.[1]) etiam alii libri XII apostolorum nominibus ab Ebionaeis supponebantur.[2]) omnino Ebion, *πολύμορφον τεράστιον* ab Epiphanio (Haer. XXX, 1) appellatus, varios libros produxit, Elxaei quoque librum propheticum et Hermae Pastorem (cf. huius operis fascic. III). id solum inter Ebionaeos constabat, ut Matthaei aliquo evangelio usi Pauli epistulas et Acta apostolorum respuerent. sed in ipsum catholicum Novi Testamenti canonem, qui Petri ceterorumque apostolorum et Pauli concordiam supposuit, Jacobi epistula transiit, quae Pauli doctrinam impugnavit. non mirum etiam Hermae Pastorem, quamvis iudaizantem, in antiqua ecclesia valde aestumatum, ne Hebraeorum quidem evangelium contemptum esse.

Judaismi acerrimi adversarii erant Gnostici, quorum turbulentos impetus quodam modo inchoavit Barnabae epistula, et ipsa ab antiquissimis ecclesiae scriptoribus valde aestumata. qui secuti sunt Gnostici proprium sibi

[1]) Epiphanius Haer. XXX, 15 de Ebionaeis: *χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθητεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες.* c. 16: *Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα, ἔνθεν οὐ παρέργως κατὰ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ὥπλισαν. ἀναβαθμοὺς δέ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς Ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν, κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα, ὡς καὶ τοῦ Παύλου ἐνταῦθα κατηγοροῦντες οὐκ αἰσχύνονται κτλ.*

[2]) Epiphanius Haer. XXX, 23: *τῶν δὲ ἀποστόλων τὰ ὀνόματα εἰς τὴν τῶν ἠπατημένων ὑπ' αὐτῶν πειθὼ προσποιήτως δέχονται, δῆθεν ἀπὸ προσώπου Ἰακώβου καὶ Ματθαίου καὶ ἄλλων μαθητῶν· ἐν οἷς ὀνόμασι καὶ τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου ἐγκαταλέγουσιν, ἵνα πανταχόθεν φωρατὴ γένηται ἡ αὐτῶν ἄνοια.*

quisque Novi Testamenti codicem constituerunt, ita tantum consentientes, ut, post Cerinthum quidem, Paulum apostolum eiusque epistulas magni aestumaverint. Marcion eo progressus est, ut solum Paulum verum Christi apostolum agnoverit, XII apostolos tamquam protectores Judaismi a christiano codice arcere voluerit. ita famosus Marcionis codex Novi Testamenti constitutus et castigatus est. etiam novi libri apostolis eorumque discipulis supponebantur a Gnosticis, qui neque statim neque ubique ab antiqua ecclesia reprobati sunt. evangelium secundum Aegyptios, Matthiae traditiones, quibus catholici quoque scriptores usi sunt, propius certe accessisse ad Gnosticorum sententias constat. si ipsum canonis nostri quartum evangelium a Gnosticorum doctrina non procul abest, etiam extra Novi Testamenti canonem receptum cognatos libros antiquissimae ecclesiae hic illic nonnihil placuisse nemo mirabitur.

inter Judaismum et Gnosticismum christianum mediam fere viam catholica ecclesia ingressa est. iam Clementis Romani quae dicitur epistula prior ad Corinthios Petrum et Paulum simul celebravit Paulique doctrinam ita mitigavit, ut iudaizantes Christiani non offenderentur. ad hunc cursum catholica classis eo magis dirigebatur, quo magis procellis Gnosticis iactabantur. itaque ad Petri ceterorumque apostolorum et Pauli gentilium apostoli pacem concordiamque Novi Testamenti canon redigebatur. sed illa classis diu iactata tandem tutum portum assecuta est. neque omnia navigia, quibus veteres Catholici vehebantur, in portum pervenerunt, neque occidentales et orientales naves plane eundem cursum tenuerunt.

in *occidente* Irenaeus adv. haer. IV, 20, 2 Hermae Pastorem tamquam sacram scripturam laudavit, eius coaetaneus, cuius fragmentum L. A. Muratorius primus

edidit, scripturae sacrae canonem a Romana ecclesia receptum decripsit. barbaram latinitatem emendavi et graeco sermoni reddidi l. l. p. 39 sq. ibi praeter Joannis Apocalypsin etiam Petri apocalypsis quamvis a nonnullis iam reprobata et Hermae Pastor, publico quidem usu vetito, recensentur.[1]) id quod non temere factum esse „versus scripturarum sanctarum“ codici Claromontano additi, inde in codicem Sangermanensem transcripti docent, quos Crednerus[2]) Africanae ecclesiae seculi III canonem continere censuit. nam ibi post Barnabae epistulam (i. e. epistulam ad Hebraeos), Johannis revelationem, Actus apostolorum ultimi recensentur:

Pastoris versi	ver. IIII.
Actus Pauli	ver. IIIDLX.
Revelatio Petri	ver. CCLXX.[3])

[1]) l. 71—80 ita graece restitui: *Ἀποκαλύψεις δὲ Ἰωάννου καὶ Πέτρου μόνον ἀποδεχόμεθα, ἥν τινες τῶν ἡμετέρων ἀναγινώσκεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ οὐ θέλουσιν. τὸν Ποιμένα δὲ νεωστὶ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ Ἑρμᾶς συνέγραψεν, καθημένου ἐν τῇ τῆς πόλεως Ῥώμης ἐκκλησίας καθέδρᾳ Πίου ἐπισκόπου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἀναγινώσκεσθαι μὲν δεῖ, δημοσιεύεσθαι δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ λαῷ οὔτε ἐν προφήταις, πληρωθέντος τοῦ ἀριθμοῦ, οὔτε ἐν ἀποστόλοις εἰς τὸ τέλος τῶν αἰώνων ἔξεστιν.* perperam J. C. M. Laurent (Neutestamentliche Studien, Goth. 1866. p. 198 sq.), quamvis ab Ernesto Renano (Die Apostel, Lips. et Paris. 1866. p. 9) probatus, graecam originem negavit et haec latine ex arbitrio ita restituit: „apocalypsis (cod. apocalapse, i. e. apocalypses) etiam Johannis. et Petri apocalypsin (apocal. deest in codice) tantum recipimus, quam quidam ex nostris legi in ecclesia nolunt. pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Hermas conscripsit, sedente cathedra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo fratre eius, et ideo legi eum quidem oportet seorsum (seorsum deest in codice!), publicari (cod. se puplicare, i. e. *δημοσιεύεσθαι*) vero in ecclesia populo nequit, neque inter prophetas completos numero, neque inter apostolos in finem temporum potest ferri“ (voc. ferri ipse codex ignorat!). Laurentium in hoc fragmento restituendo operam et oleum perdidisse iam l. 4 docet, ubi „iuris studiosum“ in „fratrem studiosum“ mutavit.

[2]) Geschichte des Neutestamentlichen Kanon, ed. G. Volkmar. Berolin. 1860. p. 175 sq.

[3]) ita Crednerus l. l., contra Tischendorfius in codicis Claromontani editione Lips. 1852. p. 469:

Pastoris versi	IIII.
Actus Pauli ver.	IIIDLX.
Revelatio Petri	CCLXX.

in *oriente* Clemens Alexandrinus Barnabae epistulam et Petri apocalypsin tanti aestumavit, ut in Hypotyposeon libris deperditis, quibus in utrumque Testamentum commentatus est, ne haec quidem scripta praetermiserit (cf. Euseb. HE. VI, 14, 1). magnam omnino auctoritatem tribuit Barnabae „apostoli“ epistulae, Clementis Romani epistulae priori ad Corinthios, Hermae Pastori; etiam evangeliis secundum Hebraeos, secundum Aegyptios, Petri praedicatione, Matthiae traditionibus usus est. Origenes, qui Novi Testamenti *τὰ ὁμολογούμενα* et *τὰ ἀμφιβαλλόμενα* iam accuratius distinguere voluit, praeter quatuor evangelia canonica a tota ecclesia recepta non contempsit evangelium secundum Hebraeos, etiam evangelio secundum Petrum usus, Barnabae epistulam et Clementis Romani priorem magni fecit, Hermae Pastorem scripturam valde utilem et divinitus inspiratam appellavit, quamvis a nonnullis iam contemptam. Petri autem apocalypsin Origenes primus seposuisse videtur. sed de Petri Paulique praedicatione semel quidem certum iudicium pronuntiare ausus non est.

in portum ipsum canonis christiani Eusebius Caesariensis illius classis primam aciem induxit, *τὰ ὁμολογούμενα:* quatuor evangelia, Acta apostolorum, Pauli epistulas XIII, Petri et Joannis epistulas priores.[1]) secundam aciem *τῶν ἀντιλεγομένων* vel *νόθων* melioris notae, ante portum ancoris iactis reliquit: Jacobi et Judae epistulam, Petri alteram, Joannis alteram et tertiam epistulam, etiam epistulam ad Hebraeos et Joannis apocalypsin, tum: Pauli actus, Hermae Pastorem, Petri apocalypsin, Barnabae epistulam, Clementis epistulam priorem. Doctrinas apostolorum, etiam Evangelium se-

[1]) cf. librum meum: Kanon und Kritik des NT. p. 53 sq.

cundum Hebraeos.[1]) reliqua navigia Eusebius iam a portu arcuit, tamquam haeretica fraude constructa et veteribus testimoniis destituta. quo iudicio Petri quidem evangelium et Matthiae traditiones iniuste damnavit.[2]) secundi ordinis pars Eusebio superstite neque plane experte in portum admissa est: quinque illae catholicae epistulae, et epistula ad Hebraeos apud orientales, Joannis apocalypsis apud occidentales ecclesias. utroque libro admisso Athanasius primus eum, qui ad nos pervenit, Novi Testamenti canonem agnovit. sed periculosae navigationis, qua ecclesia christiana sacrae scripturae portum tutiorem tandem assecuta est, memoriam quamdam etiam Athanasius servavit, qui inter canonicos et apocryphos libros *καὶ ἕτερα*

[1]) HE. III, 25, 3—5: *τῶν δ᾽ ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ᾽ οὖν ὅμως τοῖς πολλοῖς ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται καὶ ἡ Ἰούδα, ἥ τε Πέτρου δευτέρα ἐπιστολὴ καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου, εἴτε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσαι, εἴτε καὶ ἑτέρου ὁμωνύμου ἐκείνῳ. ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαί, ἔτι τε, ὡς ἔφην, ἡ Ἰωάννου ἀποκάλυψις, ἥν τινες, ὡς ἔφην, ἀθετοῦσιν, ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς ὁμολογουμένοις. ἤδη δ᾽ ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ᾽ Ἑβραίους εὐαγγέλιον κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη.* VI, 13, 6: *κέχρηται δ᾽ ἐν αὐτοῖς* (Clemens Alexandrinus in Stromatis) *καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας καὶ τῆς Ἰησοῦ Σιρὰχ καὶ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα.* VI, 14, 1. 2: *ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών, τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολὴν Παύλου μὲν εἶναί φησι κτλ.*

[2]) HE. III, 25, 6. 7: *καὶ τὰς ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἱρετικῶν προφερομένας* (sc. *γραφάς*), *ἤτοι ὡς Πέτρου καὶ Θωμᾶ καὶ Ματθία ἢ καί τινων παρὰ τούτους ἄλλων εὐαγγέλια περιεχούσας, ἢ ὡς Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων πράξεις, ὧν οὐδὲν οὐδαμῶς ἐν συγγράμματι τῶν κατὰ τὰς διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν τις ἀνὴρ εἰς μνήμην ἀγαγεῖν ἠξίωσεν. πόρρω δέ που καὶ ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτήρ, ἥ τε γνώμη καὶ ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων προαίρεσις, πλεῖστον ὅσον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπᾴδουσα, ὅτι δὴ αἱρετικῶν ἀνδρῶν ἀναπλάσματα τυγχάνει, σαφῶς παρίστησιν· ὅθεν οὐδ᾽ ἐν νόθοις αὐτὰ κατατακτέον, ἀλλ᾽ ὡς ἄτοπα πάντη καὶ δυσσεβῆ παραιτητέον.*

βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μέν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον agnovit, Novi quidem Testamenti Doctrinam apostolorum et Hermae Pastorem (Epi. fest. 39: *Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων καὶ ὁ Ποιμήν*). ita fere Rufinus Aquileiensis[1]) inter canonicos et apocryphos libros posuit ecclesiasticos, Novi Testamenti: Pastorem Hermae et librum „qui appellatur Duae viae vel Iudicium Petri." neque portus ipse iam ita clausus erat, quin seculo VI. Clementis Romani utraque epistula ad Corinthios (in codice Alexandrino), etiam Constitutiones apostolicae (in canone apost. 85) in ipsum Novi Testamenti canonem admitterentur. eodem fere seculo codex Sinaiticus Barnabae epistulam, Petri apocalypsin (ut videtur), Hermae Pastorem Novi Testamenti libris canonicis addidit.

omnia igitur illius ecclesiasticae navigationis monumenta mihi colligenda erant. ea navigia, quae fere integra servata sunt, secundum temporis ordinem ita praemisi, ut primo fasciculo Clementis Romani epistulae catholicam totius canonis rationem praeeant, secundo fasciculo Barnabae epistula Paulinismum provectiorem, tertio fasciculo Hermae Pastor Judaismum mitigatum repraesentent. quarto fasciculo deperditorum librorum fragmenta addenda sunt: A. evangeliorum 1) secundum Hebraeos a) Nazaraeorum, b) Ebionaeorum, 2) secundum Petrum, 3) secundum Aegyptios, 4) secundum Matthiam (Matthiae traditiones). B. Actuum apostolorum 5) Petri et Pauli praedicationis, 6) Petri et Pauli actuum. C. Apocalypseos unicae 7) Petri; denique D. Doctrinae apostolorum sive 8) Constitutionum apostolicarum antiquiorum, quibus addam 9) Petri iudicium.

[1]) Expositio in symb. apost. c. 38.

integros libros iam editos licet mihi etiam magis emendare. in *Barnabae epistula*, quam primam emisi, recte quidem illius graeci textus, quem latinus interpres vertit, praestantiam defendisse mihi videor. sed vir doctissimus Franc. Overbeckius fortasse recte monuit, c. II. p. 6, 4 Sinaiticam lectionem *μὴ ὁμοίως* praeferendam esse. latinus interpres etiam p. 4, 27 voc. *μή* praetermisit. e contrario c. III. p. 8, 4 Sinaitica lectio *ἵνα μὴ προσρησσώμεθα ὡς ἐπήλυτοι* (επιλυτοι), defendi vix potest, quippe quae sensu apto careat. ceterum c. V. p. 14, 24 in notis legendum est: „*τὰς δὲ* S. et Volkm.“ rectissime Overbeckius errorem correxit, quem confiteri me non poenitet. nam veteris interpretationis lacunae, quas Gallandius asteriscis designavit, equidem punctis, plerumque ipsius versionis, non codicis defectum significant. itaque in mea editione haec corrigenda sunt: c. V. p. 14, 7 vocc. *εἰς μετάνοιαν* secundum cod. Sin. et vet. interpretem consentientem delenda sunt (cf. Clem. Rom. epi. II, 2 p. 65, 27. 28), etiam c. VI. p. 20, 4 *ἐν μέσῳ*, c. XI. p. 36, 12 *μεγάλα* (cf. LXX). iisdem testibus consentientibus c. XI. p. 36, 21. 22 scribendum est: *καὶ* (non cum vulg.: *εἶτα τί λέγει ἐν τῷ υἱῷ;*) *τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστόν* (cf. LXX). c. XIV. p. 46, 22 voc. *γάρ* delendum est, a veteri interprete non confirmatum. quibus locis non solius codicis Sinaitici, sed etiam illius graeci codicis, quem latinus interpres valde abbreviatum reddidit, praestantia confirmatur. c. X. p. 32, 1 voc. *ὡς* etiam sine veteris interpretis testimonio retinendum est. c. VI. p. 20, 7 *τὸ* ante *μέλι* cum cod. Sin. legendum videtur, etiam c. X. p. 34, 7 *βρώσεως*, quod vocabulum vetus interpres etiam l. 15 „de escis“ vertit. denique c. XIV. p. 48, 4 aut codices graeci secundum veterem interpretem (servorum suorum) emendandi sunt: *λαοῦ* vel *λαοῦ ἁγίου*, unde *λόγῳ* nasci

potuit, aut vetus interpres secundum graecos codices: „sermonum suorum." tum Christus non tabulis (πλαξὶ), sed verbo testamentum divinum tradidisse videtur.

ad *Hermae Pastorem* haec addenda habeo: Vis. III, 7 p. 21, 21. 22 in notis: iam S.*** correxit ειργασαντο. Vis. IV, 1 p. 30, 3 in textu ἀποκαλύψεις (non ἀποκαλύψες) scribendum est, Sim. VIII, 1 p. 101, 18 αὑταῖς (non αὐταῖς). Sim. VIII, 5 p. 107, 4 vocabulum illud obscurum in codice Lipsiensi (μενείς vel μενεῖς) revocandum videtur ad ἡσθείς, itaque legendum: ἡσθεὶς ὅτι οὕτως εὑρέθησαν. Sim. IX, 31 p. 143, 5 in notis addendum est, vulg. versionem solam voc. *etiam* ante *ei* praebere.

Prolegomenis ad Hermae Pastorem p. 7 addo, ante librum pontificalem vel Romanorum episcoporum catalogum Felicianum (sec. VI) antiquiorem catalogum Liberianum (anni 354) Hermae Pastorem ita memorasse: „Pius ann. XX. m. IIII. d. XXI. fuit temporibus Antonini Pii, a cons. Clari et Severi (146) usque duobus Augustis (161). sub huius episcopatu frater eius Ermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecepit angelus, cum veniret ad illum habitu pastoris." haec omnia bene congruunt Visioni V, mandatis praemissae (p. 34 sq.). Felicianus demum catalogus addidit: „ut sanctum Pascha die dominica celebraretur."

faxit Deus OM., ut etiam hoc meo labore regnum illud spiritus et veritatis, quod est Christi, nonnihil promoveatur!

scribebam Jenae d. XXII. m. April,
a. MDCCCLXVI.

PROLEGOMENA

ad Clementis Romani epistulas.

Clementis Romani quae feruntur epistulae unico Bibliorum codice conservatae sunt, cuius librorum sacrorum indici arabice additum est, eum „manu Theclae nobilis feminae Aegyptiae paulo post concilium Nicaenum“ scriptum esse. quae traditio id solum docet, codicem e celebri S. Theclae coenobio Seleucensi, quod iam Gregorii Nazianzeni tempore floruit, prodisse.[1]) hunc codicem anno 1098 cubiculo patriarchali Alexandrino dono datum Cyrillus Lucaris, Patriarcha Alexandrinus, postea Constantinopolitanus, a. 1628 Carolo I. Angliae regi misit, itaque codex Alexandrinus (A) in Museo Britannico conservatur. Tischendorfius eum medio fere seculo V. scriptum esse censuit, sed secundum Montefalconianae Palaeographiae regulas vix ante sec. VI. scriptus esse potest.[2]) utrumque Testamentum fere integrum praebet, Novo autem Testamento Clementis Romani epistulas tamquam ipsius sacri codicis libros ultimos addidit. catalogus codici praemissus in Novo Testamento post Evangelia, Acta apostolorum, catholicas et Paulinas epistulas, Apocalypsin Joannis ita exit:

Κλημεντος [*επιστο*]*λη α'*.
Κλημεντος ε[*πιστο*]*λη β'*.
ομου βιβλια . . . . (numerus evanuit).
ψαλμοι σολομωντος ιη'.

cum Salomonis Psalmis etiam alterius Clementis epistulae omnia, quae post c. 12 p. 74, 2 sequebantur, perierunt. prioris quoque epistulae folium deest (c. 57 p. 60, 24 — p. 62, 2). quanta harum epistularum pars deperdita sit, inde computare possumus, quod Nicephori stichometria[3]) Clementis epistulis eundem versuum numerum (MMDC) tribuit, qui apud Lucae evangelium memo-

[1]) cf. Tischendorfii Prolegomena ad Vetus Test. graece. ed. III. Lips. 1860. p. LXV.

[2]) cf. quae hac de re disserui in commentatione: Noch ein Wort über den codex Sinaiticus, Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie. 1864. II. p. 214 sq.

[3]) cf. Credneri libros: Zur Geschichte des Kanons, Hal. 1847. p. 122. Geschichte des NTlichen Kanon, ed. G. Volkmar. Berol. 1860. p. 244.

ratur. ceterum etiam in illis, quae codex etiam nunc praebet, permultae literae et voces deperditae et vetustate exesae sunt. ipsius scripturae mendae non paucae sunt. in edendis igitur his epistulis primum requiritur, ut codex accurate edatur, quod iam factum esse videtur, tum ut textus ipse restituatur, quod etiam nunc reliquum est.

I. DE CLEMENTIS ROMANI EPISTULIS EDITIS ET EDENDIS.

Clementis Romani epistulas primus edidit Patricius Junius,[1]) qui codicem ipsum fidelissime, quantum fieri possit, exprimere, lacunas autem, spatiis et interstitiis accuratissime dimensis, literis minio rubro impressis supplere studuit. editorem principem neque omnia recte edidisse neque recte supplevisse mirum non est. sed haud immerito R. A. Lipsius [2]) singularem Patricii Junii sagacitatem laudavit, a cuius coniecturis sequentes editores non nisi paucissimis locis discesserint. Junii editionem repetiit Joachim Joannes Maderus,[3]) secutus est Joannes Fellius.[4]) editionem principem etiam Philippus Labbeus et Gabriel Cossartius repetierunt.[5]) cum in editione tum in interpretatione rem promovit Joan. Bapt. Cotelerius, qui primus textum in capita divisit. idem doctissimas adnotationes addidit.[6]) accessit Pauli Colomesii editio,[7]) quem secutus est Thomas Ittigius.[8]) Cotelerii autem editionem iteravit Joannes Clericus (Antverpiae 1698. 1724. fol.).

Patricium Junium codicis lectiones non ubique accurate reddidisse iam Millius et Grabius ipsum codicem cum editione principe conferentes animadverterunt. itaque novam, eamque accuratissimam, codicis collationem instituit Henricus Wottonus, cuius editio[9]) summa laude digna est. ipse praefatus est

[1]) Clementis ad Corinthios epistola prior. ex laceris reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecae Regiae, eruit, lacunas explevit, Latine vertit, et notis brevioribus illustravit Patricius Junius. Oxonii 1633. 4. (additum est Fragmentum epistolae secundae, ex eodem MS., sine versione et notis). iterata est editio a. 1637.

[2]) De Clementis Romani epistola ad Corinthios priore disquisitio. Lips. 1855. p. 2.

[3]) Clementis ad Corinthios epistola prior, hoc primum seculo ex laceris reliis vetustissimi exemplaris Bibliothecae Regiae Anglicanae eruta, notisque illustrata a Patricio Junio, nunc denuo edita et asserta a Joachimo Johanne Madero Hannoverano. Helmestadi 1654. 4. codicis lacunae suppletae minoribus literis notatae sunt.

[4]) Joan. Fell priorem epistulam edidit 1669 (12), utramque accuratius ibid. 1677 (12). lacunae suppletae iam uncinis inclusae, capita Coteleriana recepta sunt.

[5]) in SS. Conciliorum Tomo I. Paris. 1671. fol.

[6]) Patrum, qui temporibus Apostolorum floruerunt, opera. Tom. I. Paris. 1672. fol.

[7]) Londini 1687. 1694. 8 min.

[8]) Bibliotheca patrum graeco-latina. Lips. 1699. 8.

[9]) Sancti Clementis Romani ad Corinthios epistulae duae, expressae ad fidem msti codicis Alexandrini collati cum editione Junii a Millio et Grabio, illustratae notis Junii et Cotelerii, nec non Johannis Boisii olim Canonici Eliensis non antehac editis, cum msto codice accurate de novo contulit, notisque eas illustravit, et textum plurimis in locis illustravit etc. Henricus Wotton. Cantabrigiae 1718. 8.

p. CCVI sq.: „quum primum decrevissem novam editionem Sancti Clementis in me suscipere, Grabii Milliique codd., quorum uterque Junii editionem cum msto cod. quam accurate contulerat, mihi comparavi eorumque collationes et emendationes ad oram libri mei diligenter adnotavi. quod cum egissem, mstum cod. quanta fieri potuit diligentia plus quam semel de novo contuli. quem, quum unicus sit mstus codex, usque ad literam secutus sum, praeterquam in abbreviationibus. [1]) — ubi vero cod. mstus discedit a vulgari scribendi ratione, vel parum recte se habet, veram ac usitatiorem scribendi rationem, ut et lectiones, emendationes et coniecturas Junii, Boisii, Cotelerii, Felli, Colomesii ac Clerici inter variantes lectiones posui. plurimis etiam in locis textum emendavi et integritati suae restitui, ubi parum recte a Junio describebatur. — notas etiam Junii, Cotelerii ac Johannis Boisii non antehac editas ad finem adieci. quod si qua in re Boisii notae minus satisfaciant, id omne debetur apographo non satis emendato nimiaeque temporis augustiae; fere tamen ubique referunt virum magnum ac vere criticum. [2]) quae me ad hanc editionem suscipiendam praecipue impulerunt, haec fuerunt: ne deesset emendatior graeci textus editio; et ut adnotationes Cotelerii, quae inter Patres apostolicos pene latebant, nec quantivis pretii erant emendae, omnibus praesto adessent; neque amplius celarentur viri doctissimi Johannis Boisii adnotationes, cui quam multum Junius acceptum retulit, facile est videre; ne denique prorsus inobservatae praetermitterentur notae, quas in editione sua ubique interspersit Johannes Clericus, quarum author id unum agit, ut epistolae authoritatem, quantum possit, elevet.“

egregia Wottoni editio debitam laudem non statim assecuta est. nam Cotelerii recensionem presse secutus est Petrus Coustantius, [3]) et L. J. Frey non ante Clementis epistulam priorem ex editione Ittigiana (collatis Juniana et aliis) iam typis expressam [4]) Wottoni editionem nactus est, quam in altera epistula adhibuit. talem huius editionis defectum supplere studuit Antonius Birrius in „publico specimine“ Basileae a. 1744 edito, quod specimen coniecturis haud poenitendis ad textum Clementinum editionis Wottonianae ulterius adhuc detergendum refertum appellavit Gallandius. primus Ricardus Russel Wottoni editionem prae ceteris secutus est, [5]) qui etiam Millii adno-

[1]) Wottonus haec enumeravit: ϑ̅ς̅ pro *ϑεός*, κ̅ς̅ pro *κύριος*, ι̅ς̅ pro *Ἰησοῦς*, Χ̅ς̅ pro *Χριστός*, π̅ν̅α̅ et π̅ν̅ς̅ pro *πνεῦμα* et *πνεύματος*, ο̅υ̅ν̅ο̅ς̅ pro *οὐρανός*, α̅ν̅ο̅ς̅ pro *ἄνϑρωπος*, ι̅σ̅λ̅ et ι̅η̅λ̅ pro *Ἰσραήλ*, ι̅λ̅μ̅ pro *Ἱερουσαλήμ*, π̅ρ̅α̅ pro *πατέρα*.

[2]) Joannem Boisium, septuagenario, ut ipse profitetur, iam proximum Jacobsonius (Patr. apost. ed. IV. Tom. I. p. LXVIII. not.) dixit iussu Joannis Williams, episcopi Lincolnensis, notis illustrasse apographum quoddam epistularum Clementinarum vitiis refertum. nam non tantum eas mendas, quae a Junio praeter msti fidem exhibentur, eum conatum esse emendare, sed et multas alias, quae recte se habent in editione Juniana. selectiores Boisii adnotationes a Wottono primum editas Joannes Clericus tacite in suam editionem alteram recepit.

[3]) Epistolae Romanorum Pontificum et quae ad eos scriptae sunt. Tom. I. Paris. 1721. fol. Coustantii librum denuo edidit C. F. G. Schoenemann, Gotting. 1796. 8.

[4]) Epistolae patrum apostolicorum, Clementis, Ignatii et Polycarpi etc. c. varr. annott. et praefatione Joh. Ludov. Frey. Basil. 1742. 8.

[5]) Patrum apostolicorum, Barnabae, Hermae, Clementis, Ignatii opera

tationes a Wottono praetermissas addidit. Wottoni editionem tamquam omnium emendatissimam fere ubique secutus est Andreas Gallandius, [1]) ita tamen, ut nonnulla in notis addiderit, praesertim e Millii apographo, et in medium protulerit aliquot virorum eruditorum coniecturas, in primis Birrianas. itaque Gallandius affirmare ausus est: „Clementis epistulas ad Corinthios nunc demum prodire multo castigatiores, quam hactenus fuere in vulgus emissae.“ [2])

nostro seculo Cl. Fr. Hornemannum „non sine dedecore ipsius et typographi sui“ priorem Clementis epistulam [3]) edidisse Jacobsonius iudicavit. ipse Jacobsonius Patricii, Millii, Wottoni labores continuavit et ad finem quemdam produxit. [4]) huic viro clarissimo codicis Alexandrini collationem accuratissimam, adnotationum amplissimam collectionem debemus. ipse praefatus est: „in Clementem notulas quasdam Sancrofftii, archiepiscopi olim Cantuariensis, inveni e Reverendissimi patris libro in bibliotheca Coll. Emmanuel. Cantab. descriptas in marginem exempli editionis alterius Fellianae nunc in Bibl. Bodleiana adservati (8vo. Rawlinson 441). Millii animadversiones, quarum partem tantum dederat Russelius, integras suppeditavit editionis Junianae exemplar (Auct. §. 2. 12).“ ceterum Jacobsonius, cui plurimum me debere confiteor, [5]) non tantum obsoletas codicis scripturas correxit, sed passim etiam tales, quae ferri possunt, in levissimis quidem rebus, mutavit. [6])

genuina, una cum Ignatii et Polycarpi martyriis — selectisque variorum notis illustrata curavit Rich. Russel. Lond. 1746. Vol. I. II. 8. huius editionis censuram in Act. nov. Erud. Lips. a. 1749. mens. Oct. Jacobsonius notavit.

[1]) Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum. Tom. I. Venet. 1765. fol.

[2]) Jacobsonius in indice editionum hic addidit: „1788. Fuldae. 8. Conradus Eberth priorem epistolam edidit, cuius librum quum ipsi mihi inspicere non licuerit, statim pergo.“ equidem latinam tantum Cotelerii versionem cum Coustantii emendationibus inveni in libro: „Epistola prima S. Clementis episcopi Romani ad Corinthios, una cum disquisitione critico-polemica in eandem, quam publica luce donavit Conradus Eberth.“ Fuldae 1780 (non 1788). 8.

[3]) Scripta genuina graecorum patrum apostolicorum, graece et latine edidit Cl. Fres Hornemann. Hafniae 1828. Vol. I. II. 4. cf. Rettigii censuram, theol. Studien u. Kritiken 1830. p. 920 sq.

[4]) S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, Patrum apostolicorum quae supersunt, accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi martyria. ad fidem codicum recensuit, annotationibus variorum et suis illustravit, indicibus instruxit Guil. Jacobson. Tom. I. Oxonii 1838. ed. II. 1840. ed. III. 1847. ed. IV. (qua equidem usus sum) 1863. in hac editione quamvis accuratissima p. 121 (ad epi. I, 33) Joannis Damasceni verba nonnulla omissa sunt, quae iam Wottonus praetermisit et in epi. l, 55 p. 53, 4 mendose *ἐπιτελέσαντο* impressum est.

[5]) in codicis lectionibus Jacobsonium secutus sum quamvis a Wottono discedentem epi. I, 13 p. 15, 15. 16, 1 *οὕτως* (Wotton. *οὕτω*). p. 16, 4 *στηρίξωμεν* (Wotton. *στηρίσωμεν*). epi. II, 1 p. 65, 4 *δώσομεν* (Wotton. *δώσωμεν*). c. 4 p. 67, 2 *ἡμῶν* (Wotton. *ὑμῶν*). Wottonum autem secutus epi. I, 6 p. 9, 12 *ζῆλος* edidi (Jacobs. *ζῆλον*).

[6]) epi. I, 4 p. 7, 17 *εἶπε* (cod. *ειπεν*). p. 8, 4 *ἠνάγκασε* (cod. *ηναγκασεν*). c. 6 p. 9, 12 *ζῆλον* (cod. secundum Wottonum *ζηλος*). c. 12 p. 15, 12 *ἐλάλησε* (cod. *ελαλησεν*). c. 15 p. 18, 3 *μεγαλορρήμονα* (cod. *μεγαλορημονα*). c. 16 p. 18, 15 *ἐπίστευσε* (cod. *επιστευσεν*). c. 18 p. 22, 9 *ἐστί* (cod. *εστιν*). p. 22, 12 *ἐκίσσησεν* (cod. *εκισσησε*). c. 19 p. 23, 20 *ὄμμασι* (cod. *ομμασιν*). c. 21 p. 27, 5 *πᾶσι* (cod. *πασιν*). c. 27 p. 32, 20 *εἰσὶ* (cod. *εισιν*). c. 30 p.

idem vir clarissimus etiam in maioribus rebus codicis perversas lectiones non emendatas reddidit: epi. I, 2 p. 6, 5 ἀναμνησθίκακοι. p. 6, 7 τοῖς πλησίον. c. 4 p. 7, 10 ἔπιδεν. c. 8 p. 11, 9 διελεχθῶμεν. c. 15 p. 18, 2. 3 ipsius codicis lacuna non suppleta est. c. 19 p. 23, 10 τὸ ταπεινόφρονον. c. 20 p. 24, 10 κρίματα. p. 25, 1 ταγαῖς. c. 30 p. 34, 11 ἁγνούς. c. 32, p. 35, 21. 22 ἐξ αὐτῶν. p. 36, 6 τοῦ ἀπ' αἰῶνος. c. 35 p. 39, 11 πίστεως. c. 38 p. 42, 6 τημελείτω. c. 45 p. 48, 10 ἔπαφροι. epi. II, 7 p. 68, 27 αἰών p. 69, 4 θῶμεν. c. 9 p. 71, 9 αἰώνιον. c. 11 p. 73, 9 ἴδεν. itaque etiam Jacobsonius summa in re codicem potius edidit quam librum. praeter eum laudandus est C. J. Hefele, cuius editioni [1]) nonnulla bene emendata debemus. accesserunt e catholicis theologis Fr. X. Reithmayr, [2]) e protestantibus A. R. M. Dresselius. [3])

quid per hos Junii, Cotelerii, Wottoni, Gallandii, Jacobsonii labores omni laude dignos iam effectum, quid etiam nunc reliquum sit, J. C. M. Laurent [4]) ita pronuntiavit: „Durch Junius', Wotton's und Jacobson's treueifrige Bemühungen ist jetzt so viel für den Clemens von Rom geschehen, dass eine den Anforderungen deutscher Kritik entsprechende Ausgabe nunmehr möglich und den dazu Berufenen zur Pflicht geworden ist. Der Text der (bekanntlich einzigen) Handschrift ist festgestellt, und was im Codex steht, weiss man jetzt ziemlich gewiss, was aber der Schriftsteller selbst in jedem Falle geschrieben hat, keineswegs." hunc laborem ipse aggressus sum eademque ratione, qua iam Barnabae epistulam et Hermae Pastorem edidi, veterum scriptorum ecclesiasticorum excerpta undique collecta ipsi textui subieci. omnino summo opere studui, ut ipsius codicis vitia quam plurima emendarem.

quo in labore a Mauricio Schmidt amicissime adiutus non possum non laudare codicis Alexandrini praestantiam, qui etiam in corruptis tantum non ubique sanari possit et genuinae lectionis vestigia fere nunquam prorsus deseruerit. sanari possunt epi. I, 2 p. 5, 5 εστερνιμενοι. p. 5, 6 παθηματα. [5])

34, 4 δίδωσι (cod. διδωσιν). c. 34 p. 37, 6 πᾶσι (cod. πασιν). c. 37 p. 41, 12 ἐπιτελοῦσι (cod. επιτελουσιν). p. 41, 18 πᾶσι (cod. πασιν). c. 46 p. 48, 12 ὑποδείγμασι (cod. υποδειγμασιν).

[1]) Patrum apostolicorum opera. textum ex editionibus praestantissimis repetitum recognovit, annotationibus illustravit, versionem latinam emendatiorem, prolegomena et indices addidit Carolus Josephus Hefele. Tubing. 1839. 8. ed. II. 1842. ed. III. 1847. ed. IV. 1855. in hac editione quamvis accurata epi I, 13 p. 16, 4 mendose impressum est στερίξωμεν, c. 41 p. 44, 27 τοσαύτῳ.

[2]) Patrum apostolicorum epistolae ad optimarum editionum fidem recensuit Fr. X. Reithmayr. Monachii 1844. 12.

[3]) Patrum apostolicorum opera. textum ad fidem codicum et graecorum et latinorum, ineditorum copia insignium, adhibitis praestantissimis editionibus, recensuit atque emendavit, notis illustravit, versione latina passim correcta, prolegomenis, indicibus instruxit Albertus Rud. Max. Dressel etc. Lips. 1857. 8vo. editio altera (Tischendorfii praefatione et codicis Sinaitici in Barnabae et Hermae scriptis collatione parum accurata aucta, ceterum non mutata) 1863.

[4]) Zur Kritik des Clemens von Rom, Zeitschrift für luther. Theologie u. Kirche. 1863. III. p. 416—425.

[5]) ad confirmandam Junii emendationem revoco etiam ad Origenem c. Cels. I, 31 (Opp. I, 349): διδάσκων οὐ μόνον διακεῖσθαι κατὰ τὰ μαθήματα αὐτοῦ (Jesu), ἀλλὰ καὶ ἄλλους διατιθέναι.

p. 6, 3 *συνειδησεως*. c. 8 p. 11, 1 *σακκου*. c. 12 p. 14, 19 *το τοεγοσου*. c. 18 p. 22, 3 *εν ελαιει αιωνιω*. c. 20 p. 23, 23, ubi post *αυτου* excidit *ου*. c. 27 p. 32, 17 *αυτου. ει οι ουρανοι* (sive voc. *ει* mecum per *διττογραφίαν*, sive cum M. Schmidt e l. 16 praecedentibus *αυτου εισιν* ortum esse censeas). c. 30 p. 34, 9 *αγιον* (ου superscr.). c. 32 p. 36, 6 *παντας του απ αιωνος* (a M. Schmidt correctum). c. 33 p. 37, 13. 14 *ιδωμεν οτι το εν εργοις αγαθοις κτλ.* (ab eodem viro clarissimo felicissime emendatum). c. 34 p. 38, 3 *επ αυτω* (ab eodem bene revocatum ad *επ αυτο το*, nam *ΤΟΤΟ* legebatur *ΤΩ*). c. 35 p. 39, 11 *πιστεως*. p. 39, 18 *φιλοξενιαν*. c. 36 p. 40, 12 *ατενισωμεν* (a M. Schmidt emendatum). c. 37 p. 41, 20. 21 *τα τε*. c. 38 p. 42, 6 *μητμμελειτω* (iam a prioribus editoribus emendatum). p. 42, 14 *τη σαρκι . . . . και μη*. c. 43 p. 46, 1. 2 *ωσαυτως και* (a M. Schmidt correctum). c. 44 p. 46, 19 *επινομην*. c. 45 p. 48, 10 *επαφροι* (a Laurentio bene emendatum). c. 51 p. 54, 7 *δια τινος των* (ortum e *ΔΙΑΤΙΝΑΓΜΩΝ*). epi. II, 6 p. 68, 12 *χρασθαι*. c. 10 p. 71, 19 *ανον*. p. 72, 1 *παραγουσι*. codicis defectum epi. I, 7 p. 10, 3. c. 38 p. 42, 13. c. 53 p. 55, 16 rectius mihi supplevisse videor, etiam maiorem illum defectum c. 57 p. 61. 62 ex parte supplere ausus sum.[1]) recta scriptione epi. I, 21 p. 25, 17 sq. omnis difficultas sublata est. quae omnia vel pleraque si doctis iudicibus placebunt, Clementis Romani epistulae nunc multo emendatiores quam antea editae esse videntur.

ceterum etiam illae codicis variantes lectiones, quae ad solam orthographiam spectant, hic addendae sunt, a me in sola prima plagula textui ipsi subiectae: epi I, 5 p. 9, 5 *πισταιως*. c. 16 p. 18, 12 *αλαζονιας* p. 18, 16 *ανηγγιλαμεν*. p. 18, 19 *εκλιπον*. p. 19, 4 *παιδια*. p. 19, 11 *κρισεις*. p. 20, 4 *εκεινησαν*. c. 17 p. 20, 18 *αληθεινος*. c. 18 p. 22, 5 *ελαιος — οικτειρμων*. p. 22, 6 *πλιον*. c. 20 p. 24, 12 *δημιουργειαν*. p. 25, 4 *λειτουργειαν*. p. 25, 11 *οικτειρμοις*. c. 21 p. 26, 6 *αλαζονια*. p. 26, 10 *ναιους — παιδιαν*. p. 27, 1 *αγνιας*. p. 27, 6 *παιδιας*. p. 27, 11 *ενθυμησαιων*. p. 28, 2 *θλιψαιων*. p. 28, 4 *ελαιος*. c. 23 p. 28, 14 *συνβεβηκεν*. p. 28, 18 *πεπιρον*. p. 28, 19 *εξεφνης*. c. 25 p. 30, 3 *ορναιον*. c. 26, p. 31, 18 *πισταιως*. p. 31, 19 *ορναιου — μεγαλιον — επαγγελειας*. c. 27 p. 32, 18 *ποιησειν*. c. 30 p. 34, 12 *μοιχιαν*. c. 30 p. 35, 9 *επεικια*. c. 32 p. 35, 20 *ιλικρινως*. p. 35, 21 *δωραιων*. c. 33 p. 36, 12 *εκτενιας*. p. 37, 5. 6 *ενεκλισεν*. p. 37, 13 *αυξανεσθαι — πληθύνεσθαι*. c. 34 p. 38, 2 *προτρεπετε*. p. 38, 7 *λιτουργουσιν*. c. 35 p. 39, 3. 4 *εγκρατια*. p. 39, 10 *δωραιων*. p. 39, 17. 18 *αλαζονιαν*. p. 39, 23. 24 *παιδιαν*. c. 36 p. 40, 11 *ασθενιας*. c. 37 p. 41, 9 *εκτενιας*. c. 38 p. 42, 9. 10 *ενδικνυσθω*. c. 40 p. 44, 2 *οφιλομεν*. c. 41 p. 44, 20 *πλημμελιας*. p. 44, 24 *λιτουργων*. c. 43 p. 45, 20 *εσημιωσατο*. p. 46, 1 *κλισας*. c. 45 p. 47, 15 *εσται*. p. 47, 19 *ευρησεται*. p. 47, 23 *ευκλαιως*. c. 46 p. 48, 13 *κολλασθαι*. c. 47 p. 50, 16 *εμιωσαν*. c. 48 p. 51, 12 *οφιλει*. c. 52 p. 55, 9 *ναιον*. p. 55, 12 *επικαλεσε*. c. 53 p. 55, 14 *επιστασθαι*. c. 54 p. 57, 9 *κλαιος*. c. 56 p. 58, 18 *επιεικια*. p. 58, 21 sq. *οικτειρμων*. p. 59, 1 *μνια*. ib. *παιδιαν*. p. 59, 2 *νουθετησεις*. p. 59, 28 [*παιδ*]*ιας*. c. 58 p. 62, 9 *αγνιαν*. c. 59 p. 62, 18 *ταχειον*. p. 62, 19 *ευσταθιας*. epi. II, 1 p. 65, 2 c. 4 p. 66, 25 *οφιλομεν*. c. 5 p. 67, 14. 15 *φοβεισθαι*. p. 67, 19 *επαγγελεια*. c. 7 p. 69,

[1]) ceterum p. 61, 2. 3 *καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων* Pseudo-Justini, non Clementis esse videntur.

10 *δοκειται*. c. 9 p. 70, 21 *ελευσεσθαι*. p. 71, 3 *απολημψομαιθα*. p. 71, 7 *ιλικρινους*. c. 10 p. 72, 2 *επαγγελειαν*. p. 72, 3 *ηληκην*. p. 72, 4 *επαγγελεια*. c. 12 p. 73, 12 *επιφανιας*. p. 73, 15. p. 74, 1 *θηλιας*.

Clem. epi. I, 6 p. 9, 12 codicis lectio *πολλαις αικιαις και βασανοις παθοντες* fortasse ita emendanda est, ut pro voc. *παθοντες* scribatur *περιπεσόντες*, cf. c. 51 p. 54, 12 *αἰκίαις περιπίπτειν*.

II. DE CLEMENTIS ROMANI EPISTULARUM USU ET AUCTORITATE.

Clementis Romani epistulas unicus codex ipsius Novi Testamenti libris inseruit. *priorem* epistulam tanti aestimatam esse non mirabimur, si testium longam seriem examinabimus:

I. iam *Barnabae epistula*, quam a. 96 exeunte vel a. 97 ineunte conscriptam esse constat, Clementis epistulam priorem ita tangit, ut eius notitia vix negari possit, et in hac comparatione utriusque epistulae aetas indolesque vere cognoscitur.

Clementis epi. I, 1 p. 3, 7. 8 ita incipit: [*διὰ τὰς*] *αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους* [*γενομ*]*ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ* [*περ*]*ιπτώσεις*. Barnabae epistula etiam magis temporum iniquitatem quaeritur, c. 2, p. 4, 9. 10 *ἡμερῶν οὖν οὐσῶν πονηρῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀντενεργοῦντος ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν*. c. 4 p. 8, 13. 14 *τὸ τέλειον σκάνδαλον ἤγγικεν, περὶ οὗ γέγραπται, ὡς Ἐνὼχ λέγει*. c. 8 p. 26, 13—15 *ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραί, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα*.

Clementis epi. I, 2 p. 5, 8. 9 Corinthios ita laudat: *πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο*. c. 46 p. 49, 6. 7 *ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ὑμᾶς*. Barnab. epi. c. 1 p. 2, 8. 9 *ὅτι ἀληθῶς βλέπω ἐν ὑμῖν ἐκκεχυμένον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τῆς ἀγάπης κυρίου πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς*.

Clementis epi. I, 23 p. 28, 19 sq.: *ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς, ὅτι ταχὺ ἥξει καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε*. Barnab. epi. c. 4 p. 8, 14—17: *εἰς τοῦτο γὰρ ὁ δεσπότης συντέτμηκεν τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἡμέρας, ἵνα ταχύνῃ ὁ ἠγαπημένος αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν ἥξῃ*.

Clementis epi. I, 29 p. 34, 1 sq. Deum bis sibi populum elegisse dixit, primum e Judaeis (*λαόν*), tum per fidem christianam e gentibus (*ἔθνος*). Barnabas unum solum verum Dei populum (*λαὸν*) christianum agnovit, c. 3 p. 8, 23 *ὁ λαὸς ὃν ἡτοίμασεν τῷ ἠγαπημένῳ αὐτοῦ*. c. 5 p. 12, 33 *τὸν λαὸν τὸν καινόν*. c. 13 p. 46, 2. 3 *τὸν λαὸν τοῦτον εἶναι πρῶτον καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον*.

Clementis epi. I, 30 p. 35, 1 *ἔργοις δικαιούμενοι καὶ μὴ λόγοις*. c. 46 p. 49, 3. 4 *κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ*. c. 48 p. 51, 9—13 *ἤτω τις πιστός, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός. τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ*. Clementem secutus Barnabas c. 4 p. 10, 20—22: *μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἐνδύνοντες μονάζετε ὡς*

ἤδη δεδικαιώμενοι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνερχόμενοι συνζητεῖτε περὶ τοῦ κοινῇ συμφέροντος. quae Barnabas scripsit, nisi praeeunte Clemente, vix intelliguntur.

Clementis epi. I, 34 p. 37, 23 sq. *προλέγει γὰρ ἡμῖν Ἰδοὺ ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸς προσώπου αὐτοῦ* (Ies. XL, 10). Barnab. epi. c. 21 p. 61, 9. 10 *ἐγγὺς ὁ κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ.*

Clementis epi. I, 36 p. 40, 16. 17 *διὰ τούτου* (per Christum) *ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι.* c. 40 p. 44, 1 *ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως.* c. 41 p. 44, 26. 27 *ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ* (cf. c. 1 p. 4, 10). Barnabas fidem et scientiam iam distinxit, c. 1 p. 2, 18. 19 *ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν.* c. 2 p. 4, 12. 15. c. 6 p. 18, 2. c. 9 p. 28, 24. 25. c. 10 p. 34, 8.

Clementis epi. I, 40 p. 44, 1 sq. e veteri lege ad Christianos transtulit oblationum et rerum sacrarum certum ordinem in tempore, loco et personis. contra Barnabas c. 4 p. 4, 15—17: *πεφανέρωκεν γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὁλοκαυτωμάτων οὔτε προσφορῶν χρήζει.*

Clementis epi. I, 41 p. 44, 18 sq. etiam templi Hierosolymitani privilegium in christianam religionem transtulit. contra Barnabas c. 4 p. 10, 23. 24. c. 6 p. 18, 28 sq. c. 16 p. 54, 3 sq. in solis cordibus Christianorum templum Dei agnovit.

Clementis epi. I, 45 p. 47, 14 sq. Corinthios contra magistratus ecclesiasticos certasque sacrificiorum et officiorum leges rebellantes ita compellat: *φιλόνεικ[οί] ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν* (cf. c. 35 p. 39, 13. 14 *τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ*). Barnabas, qui omnia sacrificia externa in Christianismo abrogata esse docuit, magistri autem auctoritatem ipse recusavit (c. 1 p. 4, 7. c. 4 p. 8, 26. 10, 14), primariam expositionis partem ita claudit c. 17 p. 54, 21—23: *ἐλπίζει μου ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχὴ τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι τι τῶν ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.* ipsam Clementis locutionem secutus Barnabas non de rebus ad salutem non pertinentibus certasse sibi visus est. Clementem praeivisse vix dubitandum est.

Clementis epi. I, 51 p. 54. 7. 8 *ὅσα [οὖ]ν παρέ[βη]μεν διὰ τινα τῶν [τοῦ] ἀντικειμένου, ἀξιώσωμεν [συγγνώμην].* Barnabas c. 2 p. 4, 9, 10 (v. supra p. XIX) p. 6, 9—11 *ἵνα μὴ ὁ πονηρὸς παρείσδυσιν πλάνης ποιήσας ἐν ἡμῖν ἐκσφενδονήσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ζωῆς ἡμῶν.* c. 4 p. 12, 1—4: *ἵνα —καὶ ὁ πονηρὸς ἄρχων λαβὼν τὴν καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν ἀπώσηται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου.*

Clementis epi. I, 53 p. 55, 17—p. 56, 5: *Μωϋσέως γὰρ ἀναβά[ντος εἰ]ς τὸ ὄρος καὶ ποιήσαν[τος τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας καὶ τεσ[σαράκοντ]α νύκτας ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπειν]ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν [ὁ κύριος Μωϋσ]ῆ, Μωϋσῆ, κατάβηθι [τὸ τάχος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαός σ]ου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· παρέβησαν ταχὺ ἐκ [τῆς ὁδο]ῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν ἑαυτοῖς χωνεύματα.* bis repetitum nomen Mosis, quod neque Exod. XXXII, 7 neque Deut. IX, 12 legitur, retinuit Barnabas c. 4 p. 10, 1—8: *καὶ ἦν Μωϋσῆς ἐν τῷ ὄρει νηστεύων ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα καὶ ἔλαβεν τὴν διαθήκην ἀπὸ τοῦ κυρίου, πλάκας λιθίνας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς τοῦ κυρίου. ἀλλὰ ἐπιστρα-*

φέντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα ἀπώλεσαν αὐτήν. λέγει γὰρ οὕτως κύριος Μωϋσῆ, Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. c. 14 p. 46, 11—19: *καὶ ἦν Μωϋσῆς νηστεύων ἐν ὄρει Σινᾶ, τοῦ λαβεῖν τὴν διαθήκην κυρίου πρὸς τὸν λαόν, ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα. καὶ ἔλαβε παρὰ κυρίου τὰς δύο πλάκας τὰς γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς κυρίου ἐν πνεύματι. καὶ λαβὼν Μωϋσῆς κατέφερεν πρὸς τὸν λαὸν δοῦναι. καὶ εἶπεν κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Μωϋσῆ, Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος· ὅτι ὁ λαός σου ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἠνόμησεν.* Mosem pro Israelitis deprecantem induxit Clemens, Israelitarum delictum, quo testamenti divini iacturam fecerunt, solum retinuit Barnabas.

Clementi iam in *Hermae Pastore* (139—147) id officium tribuitur, ut externis civitatibus libros mittat,[1]) quod eo melius illi tribui poterat, si iam priorem Romanae ecclesiae epistulam ad Corinthios miserat aut misisse credebatur. sed etiam e contrario, illa licentia Clementi tamquam ecclesiae Romanae „membro praecipuo“ concessa, cum Romanae ecclesiae epistulam ad Corinthios misisse, adeo scripsisse sensim tradi potuit.

Polycarpum qui dicitur in sua epistula Clementis epistula priori saepius usum esse Gallandius et Hefelius monuerunt.[2]) mihi quidem iam *Ignatius* ad Polycarp. c. 8. Clementis epi. I, 38 p. 42, 12—14 nosse videtur. priori Clementis epistula *alterius* scriptorem iam usum esse [3]) non mirabimur.

II. inter omnes, qui Clementis epistulam priorem disertis verbis laudaverunt, nemo antiquior est *Dionysio* Corinthio, qui eiusdem epistulae usum ecclesiasticum apud Corinthios testatus est. Dionysii *πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι* (167—175) *προσφωνοῦσα*, teste Eusebio HE. IV, 23, 11, *καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς*. scripsit enim Dionysius: *τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.* eadem fere aetate etiam *Hegesippus* non tantum Clemente vivente (vel episcopo?) Corinthiorum seditionem accidisse retulit (apud Euseb. HE. III, 16), sed etiam *περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς* locutus addidit, Corinthiam ecclesiam hac epistula accepta mansisse *ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ* (apud Euseb. HE. IV, 22, 1. 2, cf. quae ad epi. I, 1 p. 3, 9 sq. notavimus).

post hos antiquissimos testes *Irenaeus* adv. haer. III, 3, 3 (graece apud Euseb. HE. V, 6, 3 et Nicephorum HE. IV, 15) scripsit: *ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς καὶ ἀνανεοῦσα, καὶ* (vet. int. et annuntians)

[1]) Vis. II, 4 p. 12, 7—9: *γράψεις οὖν δύο βιβλαρίδια καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις· ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται.*

[2]) cf. quae notavimus ad Clementis epi. I, 1 p. 4, 15 sq. c. 9 p. 12, 2. c. 13 p. 15, 11 sq. c. 21 p. 26, 1—3. 10. 11. p. 27, 4—6.

[3]) cf. Clem. epi. I, 23 p. 28, 11 sq. II, 11 p. 72, 12 sq., quamvis secundae epistulae scriptor libro apocrypho ipse usus sit.

ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει, annuntiantem unum Deum omnipotentem (cf. epi. I inscript. p. 3, 5. 6. c. 2 p. 5, 11. c. 8 p. 11, 5. c. 32 p. 36, 6), factorem coeli et terrae (cf. c. 19. 20 p. 23, 16 sq. c. 33 p. 36, 15 sq.), plasmatorem hominis (cf. c. 33 p. 37, 6 sq.), qui induxerit cataclysmum (cf. c. 7 p. 10, 11. 12. c. 9 p. 12, 6 sq.) et advocaverit Abraham (cf. c. 10 p. 12, 9 sq. c. 17 p. 20, 14 sq. c. 31 p. 35, 13 sq.), qui eduxerit populum de terra Aegypti et collocutus sit Moysi (cf. c. 17 p. 21, 3 sq. c. 43 p. 45, 18 sq. c. 51 p. 54, 20 sq. c. 53 p. 55, 17 sq.), qui legem disposuerit (cf. c. 40. 41 p. 44, 2 sq. c. 43 p. 45, 8 sq.) et prophetas miserit (cf. c. 17 p. 20, 10 sq. c. 43 p. 45, 21), qui ignem praeparaverit diabolo et angelis eius (cf. c. 57 p. 61, 1 sq.). hunc patrem domini nostri Jesu Christi ab ecclesia annuntiari, ex ipsa scriptura, qui velint, discere possunt et apostolicam ecclesiae traditionem intelligere, quum sit vetustior epistula his, qui nunc falso docent et alterum Deum super Demiurgum et factorem horum omnium quae sunt commentiuntur." tacite Irenaeus adv. haer. II, 28, 2. V, 1, 1 ad Clementis epi. I, 20 p. 24, 15 sq. c. 49 p. 52, 9—13 respicere videtur.

etiam saepius *Clemens Alexandrinus* Clementis Romani epistula usus est, quam magni aestumavit et tamquam apostoli scripturam laudavit. Strom. I, 7, 38 p. 339: *αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησί, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων Ἤτω τις πιστὸς κτλ.* (cf. epi. I. 48 p. 50, 27 sq.). ex hac „apostoli" Clementis epistula (cf. epi. I, 1 p. 4, 5 sq. c. 9—12 p. 12, 2 sq. c. 17. 18 p. 20, 10 sq. c. 21. 22 p. 25, 16 sq. c. 30 p. 34, 13. 14.[1]) c. 36 p. 40, 14 sq. c. 38 p. 42, 9 sq. c. 40 p. 43, 27 sq. c. 41 p. 44, 26. 27. c. 48. 49 p. 51, 2 sq. c. 50. 51 p. 52, 1 sq. p. 52, 18 sq. p. 54, 7. 8. c. 52 p. 55, 7 sq. c. 53 p. 56, 5 sq. c. 55 p. 58, 4 sq.) amplissima excerpta dedit Clemens Alex. Strom. IV, 17—19 §. 107—121 p. 610—617: *καὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑποφέρων λέγει Τίς γὰρ παρεπιδημήσας κτλ.* — §. 112 p. 613: *ὅτι ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ γέγραπται Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ κτλ.* — c. 18, 113 p. 613: *ἡ σεμνὴ οὖν τῆς φιλανθρωπίας ἡμῶν καὶ ἁγνὴ ἀγωγὴ κατὰ τὸν Κλήμεντα τὸ κοινωφελὲς ζητεῖ κτλ.* Strom. VI, 8, 64 p. 772 per memoriae lapsum tamquam Barnabae laudantur, quae Clementis sunt (epi. I, 48 p. 51, 9 sq.). sed eadem verba iam §. 65 p. 773 recte Clementi tribuuntur; nam additur: *ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί.* etiam tacite Clemens Alex. IV, 6, 32. 33 p. 577 sq. c. 22, 137 p. 625. V, 8, 53 p. 677. Clementis Romani epi. I, 14 p. 17, 2 sq. c. 28 p. 33, 3—7. c. 33 p. 37, 22 sq. c. 46 p. 48, 13 sq. usus est, fortasse etiam Strom. III, 18, 107 p. 561 cf. Clem. epi. I, 46 p. 49, 6. 7.

ita tacite *Tertullianus* de resurr. carn. c. 12. 13 Clementis Romani epi. I, 24 p. 29, 7—9. c. 25 p. 30, 1 sq. usus esse videtur.

Origenes et ipse Clementis epistulam priorem valde aestumavit, de princ. II, 3, 6 (Opp. I, 82 sq.): „Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum, quos *ἀντίχθονας* Graeci nominarunt," cf. epi. I, 20 p. 24, 15 sq. ad

[1]) eodem etiam Strom. III, 6, 49 p. 533 respicere videntur: *λέγει δὲ αὐτοῖς ἡ γραφή Ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.*

eundem locum Origenes etiam Select. in Ezech. VIII, 3 (Opp. III, 422) respexit: *φησὶ δὲ καὶ ὁ Κλήμης Ὠκεανὸς ἀπέραντος κτλ.* Clementis epi. I, 55 p. 57, 12 sq. Origenes in Joan. Tom. VI, 36 (Opp. IV, 153) ita laudavit: *οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου* (Phil. IV, 3) *μαρτυρούμενος.* etiam tacite Clementis epi. I, 12 p. 15, 2. 3. c. 25 p. 30, 1 sq.) Origenes usus esse videtur, cf. quae ibi notata sunt. — ex Origenis discipulis *Dionysius* Alexandrinus (apud Euseb. HE. VII, 21, 7) Clementis epi. I, 20 p. 24, 15 sq. nosse videtur.

III. *Eusebius* Caesariensis iam duas illas Clementis Romani epistulas, quas codex Alexandrinus continet, memoravit, sed genuinam solam priorem in plerisque ecclesiis publicatam, ubique acceptam, alteram spuriam esse censuit. HE. III, 16: *τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν, καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.* III, 38: *ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς, καὶ τῇ Κλήμεντος ἐν τῇ ὁμολογουμένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθείς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος,* [1]) *σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα. — — ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή. οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ καὶ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. — — ἡ μὲν οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη γραφὴ πρόδηλος.* priorem Clementis epistulam Eusebius HE. VI, 13, 6, ubi de Clementis Stromatis disseruit, inter *τὰ ἀντιλεγόμενα* Novi Testamenti recensuit: *κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς* (Stromatis) *καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος Σοφίας καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα.*

priorem epistulam (c. 25 p. 30, 1 sq.) in phoenice describendo laudavit *Cyrillus* Hierosolymitanus (Cat. XVIII, 4 *ὡς γράφει Κλήμης*), secuti sunt Pseudo-Clemens *Constitutionum apostolicarum* (V, 7 p. 134, 9 sq.) et *Ambrosius* (cf. quae ad h. l. notavimus). etiam *Basilius* M. de spiritu sancto c. 29 (Opp. III, 67 A) Clementis Romani epi. I, 57 p. 62, 1. 2 usus esse videtur.

IV. *Epiphanius* praeter priorem Clementis epistulam, qua usus Haer. XXVII, 6 scripsit: *λέγει γὰρ* (Clemens) *ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ, τισὶ τοῦτο συμβουλεύων· ηὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον* (cf. epi. I, 54 p. 57, 4 sq.), etiam plures epistulas memoravit. omnino plures Clementis epistulas praeter utramque Corinthiis inscriptam nosse videtur. nam Haer.

[1]) cf. epi. I, 9 p. 12, 5. 6. c. 10 p. 13, 13 sq. c. 12 p. 13, 24 sq. c. 17 p. 20, 10 sq. p. 21, 3 sq. c. 27 p. 32, 8. 9. c. 36 p. 40, 9 sq. c. 43 p. 45, 19. c. 58 p. 62, 11.

XXX, 15 Itinerarium Petri per Clementem scriptum ab Ebionaeis adulteratum esse ita demonstravit: *ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ᾽ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων. ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ αὐτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα· αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.* duae illae Clementis epistulae Corinthiis inscriptae non sunt *ἐγκύκλιοι.* prior autem epistula Davidem quidem, Eliam et omnes prophetas laudavit (c. 4 p. 8, 9 sq. c. 17 p. 20, 12 sq. c. 18 p. 22, 1 sq. c. 52 p. 55, 7), et Samsonis laudes hic frustra quaesitas fortasse alterius epistulae pars deperdita continuit. sed prior epistula coniugalem potius docuit castitatem (c. 1 p. 4, 15 sq. c. 21 p. 26, 11 sq. c. 58 p. 62, 9), quam virginitatem, et ne illi, qui continentiam exercebant, hac de re superbiant, cohortata est (c. 38 p. 42, 12 sq. c. 48 p. 51, 9 sq.). quamvis virginitas commendata alteri epistulae non integrae servatae plane conveniat — nam continentia ita commendatur (c. 4 p. 66, 24 c. 8 p. 70, 10), ut generis masculini et feminini discrimen omnino tollendum sit (c. 12 p. 73, 14 sq.) —, tamen haec omnia suppeditant illae Clementis de virginitate epistulae duae, quas et ipsas e codice msto Novi Testamenti, syriaci quidem, primum edidit Joan. Jac. Wetstenius (Lugd. Bat. 1752) accuratissime Joannes Theodorus Beelen (Lovanii 1856, 4, cf. eiusdem prolegomena p. XXIII).

etiam *Hieronymo* praeter Clementis epistulam utramque ad Corinthios epistulae de virginitate iam innotuerunt. illas quidem solas Eusebium secutus recensuit de vir illustr. c. 15 (Opp. II, 853): „scripsit (Clemens) ex persona Romanae ecclesiae ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quae et in nonnullis locis publice legitur, quae mihi videtur characteri epistulae, quae sub Pauli nomine ad Hebraeos fertur, convenire. sed et multis de eadem epistola non solum sensibus, sed iuxta verborum quoque ordinem abutitur. omnino grandis in utraque similitudo est. fertur et secunda eius nomine epistola, quae a veteribus reprobatur." ita Hieronymus in Jes. LII, 13 (Opp. IV, 612): „Clemens vir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios: „Sceptrum Dei" etc. (cf. epi. I, 16 p. 18, 10 sq.), ad Eph. II, 2 (Opp. VII, 571): „Mundos alios, de quibus et Clemens in epistola sua scribit: Oceanus" etc. (cf. epi. I, 20 p. 24, 15. 16), ad Eph. IV, 1 (Opp. VII, 606): „cuius rei et Clemens ad Corinthios testis est scribens: Vinculum charitatis" etc. (cf. epi. I, 49 p. 51, 15. 16). nihilo minus Hieronymus adv. Jovinian. I, 12 (Opp. II, 257 sq.): „ad hos (eunuchos) et Clemens successor apostoli Petri, cuius Paulus apostolus meminit (Phil. IV, 3), scribit epistolas omnemque paene sermonem suum de virginitatis puritate contexit," id quod solis epistulis syriace conservatis congruit.

eadem fere aetate Pseudo-Justinus in Quaestionibus ad Orthodoxos (Resp. ad quaest. 74) prioris epistulae locum in codice deperditum (c. 57 p. 61, 1—3) nobis conservavit (*καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ*), quamvis addidisse videatur *καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων.*

V. Clementis altera epistula de Christo ita docuit, ut *Monophysitis* eam valde placuisse mirum esse nequeat. sec. VI. ineunte *Severus* patriarcha Antio-

chenus in libro contra Grammaticum (Joannem Caesariensem) edito Clementis epi. II, 1 p. 64, 2—9 laudavit. *Timotheus* autem, Alexandriae episcopus in libro contra concilium Chalcedonense conscripto et ipse Clementis alteram epistulam (c. 1 p. 64, 2—9. c. 9 p. 70, 21 sq.), sed tamquam tertiam laudavit, fortasse quia etiam epistulas de virginitate bene novit, quarum priorem (c. 5. 6) in eodem libro laudavit.[1]) Clementis epistulae ad Corinthios etiam apud Orthodoxos aestumabantur. seculo fere VI. *canon apostolorum* 85 inter Novi Testamenti libros post epistulas catholicas, ante Constitutiones et Acta apostolorum Clementis utramque epistulam recensuit (*Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο*). hac fere aetate etiam *codex Alexandrinus* Clementis epistulas ipsius Novi Testamenti libris addidit. eodem seculo catalogus Romanorum episcoporum Felicianus in vita Clementis: „hic fecit duas epistolas."

seculo VI. exeunte vel VII. ineunte *Leontii et Joannis* sacrarum rerum liber II Clementis epi. I, 33 locum reddidit,[2]) etiam nonae Clementis epistulae locum laudavit, fortasse priori vindicandum.[3]) sec. VII. ineunte *Dorotheus* archimandrita (Doctrina 23) epi. II, 7 p. 69, 6. 7 usus est (*ὡς λέγει ὁ ἅγιος Κλήμης*), Antiochus Palaestinensis Hom. XLIII priorem Clementis epi. c. 13 p. 15, 10. 11 nosse videtur. eodem seculo *Maximus* confessor[4]) Eusebium multos antiquorum scriptorum libros praetermisisse monuit: *καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόνους ἀνέγραψεν, οὔτε τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος, πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν*, quibus verbis etiam aliae Clementis epistulae, de virginitate, indigitari videntur.[5]) Maximus sermon. 49 Clementis epi. I, 48 p. 51, 11. 12 excerpsit.

seculo VIII. *Joannes Damascenus* e Clementis epi. I, 33 p. 36, 13 sq. c. 57 p. 61, 4—13), epi. II (cf. Fragmenta p. 74) nonnulla elegit.

seculo demum IX. Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, qui mortuus est a. 828, in Stichometria (v. supra p. XIII not. 3) Clementis utramque epistulam iam inter Novi Testamenti libros apocryphos reiecit *Κλήμεντος α'. β'. στίχοι ͵βχ'*. eodem seculo *Photius* de utraque epistula hoc iudicium tulit:

Bibl. cod. 113. *οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ* (IV, 3) *Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἥτις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται.*

Bibl. cod. 126. *ἀνεγνώσθη βιβλαρίδιον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους β' ἐνεφέροντο, ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ*

[1]) cf. Curetonii corpus Ignatianum, Berol. 1849. p. 212. 214.

[2]) cf. A. Mai scriptorum vett. nov. collection. Tom. VII. p. 84.

[3]) cf. Fragmenta p. 75, 9—13: *τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς θ'* (*θείας*?) *ἐπιστολῆς*.

[4]) in prologo in opera Dionysii Areop. Tom. II. p. 12.

[5]) ceterum Maximus serm. 53 de anima p. 656 etiam Clementis Hom. XVII, 10. XI, 11 excerpsit, qua in re egregie falsi sunt Potterus (Clementis Alex. Opp. II, 1020) et H. E. F. Guerikius (de schola quae Alexandriae floruit catechetica, Part. II. Hal. 1825. p. 161), hunc locum inter Clementis Alexandrini fragmenta recensentes.

ὁμονοίαν ἐμπολιτεύεσθαι λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστι καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος. αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις, ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι (cf. epi. I, 20 p. 24, 15. 16), *καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται* (cf. epi. I, 25 p. 30, 1 sq.), *καὶ τρίτον ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων* (epi. I, 36 p. 40, 9 sq. c. 58 p. 62, 11) *οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς*·[1]) *οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου καὶ ἐν ἀρχῇ* (c. 1 p. 64, 3) *θεὸν τὸν Χριστὸν κηρύσσει, πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει.*[2]) *ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει* (cf. c. 12 p. 73, 16 sq.). *ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐρριμμένα πως καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.*

post Photium *Nicon* monachus Raithensis circa a. 1060 ex utraque epistula (I, 14 p. 16, 8 sq. c. 46 p. 48, 13 sq. II, 3 p. 66, 9—11), *Antonius Melissa* circa a. 1140 e Clem. epi. I, 48 p. 51, 11. 12 excerpta dederunt.

iam cognovimus, quanta Clementis epistulae prioris in ecclesia antiqua auctoritas fuerit, inter omnes huius generis libros maxima. eam ante Nicephorum Constantinopolitanum nemo reprobavit, tamquam apostoli scripturam laudavit Clemens Alexandrinus, inter Novi Testamenti *τὰ ἀντιλεγόμενα* posuit Eusebius. alteram quidem epistulam Eusebius et Hieronymus nondum agnoverunt, Photius spuriam iudicavit. sed non soli Monophysitae, Severus et Timotheus, eam libenter receperunt, etiam Orthodoxi: Dorotheus archimandrita, Maximus confessor, Joannes Damascenus eam agnoverunt. prioris epistulae usum publicum in ecclesia Corinthia testatus est Dionysius Corinthius, in plerisque ecclesiis Eusebius et Photius, in nonnullis ecclesiis Hieronymus. utramque vero epistulam catholicam appellavit liber pontificalis,[3]) in ipsius Novi Testamenti canonem receperunt canon apost. 85 et codex Alexandrinus. etiam illas Clementis de virginitate epistulas tamquam *ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους* in ecclesiis publice legi retulit Epiphanius, cuius testimonium Syri testes confirmaverunt.[4]) Novum Testamentum non graece tantum hic illic Clementis Romani epistulas ad Corinthios, sed etiam syriace utramque epistulam de virginitate continuit.

[1]) cf. quae ad epi. I, 2 p. 5, 6 notata sunt.

[2]) cf. c. 4 p. 67, 3—6. c. 8 p. 70, 12—14. c. 11 p. 72, 12—p. 73, 2. c. 12 p. 73, 12—15.

[3]) liber pontificalis, cuius prior pars prodiit sec. VIII. ineunte, de Clemente haec retulit: „hic fecit duas epistolas, quae catholicae nominantur."

[4]) cf. Joan. Theodori Beelen prolegomena ad S. Clementis Romani epistulas binas de virginitate p. LIV sq.

III. DE CLEMENTIS ROMANI EPISTULARUM ORIGINE ET INDOLE.

I. *Clemens Romanus*, cuius nomine epistulae Corinthiis inscriptae ornatae sunt, et imperatoris Romani cognatus et apostolorum discipulus dicitur. Clementem imperatoris cognatum Romana historia praebuit. nam T. Flavius Sabinus, praefectus urbi, T. Flavii Vespasiani imperatoris frater maior natu erat. Sabinus autem filium reliquit minorem T. Flavium Clementem, cuius uxor Domitilla, Vespasiani filiae Domitillae filia.[1]) hunc Clementem propter fidem christianam a. 96 ineunte a Domitiano interfectum esse constat. Suetonius Domit. v. 15: „denique Flavium Clementem patruelem suum, contemptissimae inertiae [i. e. Christi fidem amplexum] — repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso consulatu (a. 95) interemit. quo maxime facto maturavit sibi exitium.“ Dio Cassius LXVII, 14: *κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει* (95 p. Chr.) *ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Φλάβιον Κλήμεντα ὑπατεύοντα, καίπερ ἀνεψιὸν ὄντα καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ Φλαβίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα, κατέσφαξεν ὁ Δομιτιανός. ἐπηνέχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος, ὑφ' ἧς καὶ ἄλλοι ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάσθησαν, καὶ οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ τῶν γοῦν οὐσιῶν ἐστερήθησαν· ἡ δὲ Δομιτίλλα ὑπερωρίσθη μόνον ἐς Πανδατερίαν.* iudaici mores eodem modo christianam religionem significant, quo Christiani intelliguntur, „qui vel improfessi iudaicam viverent vitam.“ [2])

nobilissimi martyris memoriam Christiani pie colebant, sed etiam fabulis excolebant. Clementem iam Tiberii Caesaris cognatum, Petri apostoli comitem et in Romano episcopatu successorem descripserunt Recognitiones et Homiliae illi suppositae (a. 140—160), quibus eiusdem epistula ad Jacobum praemissa est. sed per hunc caesareum Clementem antiquissimorum episcoporum Romanorum ordo turbatus est. eum a Petro ordinatum esse dixit Tertullianus (de praescr. haer. c. 32), eundem plerosque Latinorum „secundum post Petrum apostolum“ Romae episcopum habuisse testatur Hieronymus (de vir. illustr. c. 15). sed praeter Clementem Petri successorem etiam Linus Pauli successor agnoscebatur. [3]) itaque Clemens iam in secundum Petri successorum locum repositus est. antiquissimus Romanorum episcoporum catalogus, Liberianus, [4]) post Petrum (30—55), Linum (56—67) tertio loco retulit: „Clemens ann. IX. m. XI. dies XII. fuit temporibus Galbe et Vespasiani, a cons. Tracali et Italici (68) usque Vespasiano VI. et Tito (76).“

[1]) cf. Alb. Imhof, T. Flavius Domitianus. Hal. 1857. p. 15.

[2]) Sueton. Domit. 1. 12, procul dubio erravit H. Graetz (Geschichte der Juden vom Untergange des jüdischen Staates bis zum Abschluss des Talmud ed. II. Lips. 1866. p. 112. 435 sq.), qui Clementem consularem ipsi Judaismo vindicare voluit.

[3]) Constitutt. apostt. VII, 46 p. 228, 17 sq.: *τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐκκλησίας Λίνος μὲν ὁ Κλαυδίας πρῶτος ὑπὸ Παύλου, καὶ Κλήμης δὲ μετὰ τὸν Λίνου θάνατον ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου δεύτερος κεχειροτόνηται.*

[4]) cf. Emman. a Schelstrate, Antiquitatis eccles. Tom. I. Rom. 1692. p. 404, Theodori Mommsen commentationem: „Ueber den Chronographen vom J. 354,“ Abhandlungen der philologisch-historischen Classe der königl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften. Vol. I. Lips. 1850. p. 634 sq.

eundem Clementi locum inter episcopos Romanos tribuerunt Optatus Milevitanus,[1] Augustinus,[2] Severus Antiochenus (cf. quae ad epi. II, 1 p. 64, 2 sq. notata sunt) et Pseudo-Ignatius ad Mariam Cassobolitam c. 4. eosdem Clementis episcopi annos retinuerunt catalogus Felicianus et liber pontificalis,[3]) quamvis Clementem quarto demum loco (post Petrum, Linum, Cletum) recenseant. Irenaeus adv. haer. III, 3, 3 Clementem et ipse quarto loco, sed post Petrum, Linum, Anacletum recensuit. ubi notandum est, Irenaeum, si quidem communem Latinorum traditionem secutus est,[4] Clementis episcopatum eodem anno incepisse, quo eum consulem fuisse constat (95), aut si sequente demum anno (96) Clementem successisse statuerit, eodem anno eum episcopum creatum censuisse, quo martyrio coronatus est. Eusebius vero in Chronicis post Petrum (40—65), Linum (66—78), Anacletum (69—90) successisse Clementem (91—100) retulit, itaque Clementem episcopum et Clementem consulem iam ita distinxit, ut ille huius superstes fuisse videatur. in Hist. eccl. III, 2. 13. 15. 34 Eusebius Clementem post Petrum, Linum, Anacletum (Ἀνέγκλητον) XII. Domitiani anno (92 vel 93) successisse, tertio autem Traiani anno (100 vel 101) Evaristum secutum esse tradidit. sed quamvis etiam hic Clementem episcopum Clementis consularis superstitem tradiderit, tamen Eusebius ipse, ubi extraneos quoque scriptores Christanorum martyria sub Domitiano memorasse dixit, Clementis consularis locum, quasi iam praeoccupatum per Clementem episcopum, vacuum reliquit.[5] invitus igitur etiam Eusebius innuit, in Clemente episcopo Clementem consularem latitare.

Clemens episcopus primus, secundus, tertius Petri successor dicitur, per Neronis, Galbae, Vespasiani, Domitiani, Nervae aetates usque ad Traiani tempora pellitur. divergentes traditiones, primam certe et tertiam, iam Hieronymus ita memoravit de vir. illustr. c. 15: „Clemens — quartus post Petrum

[1]) De schismate Donatistarum II, 2: cathedra una est. sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus.

[2]) Epi. 53 ad Generosum (Opp. II, 120 ed. Benedict.): Petro successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus.

[3]) apud Emman. a Schelstrate l. l.

[4]) catalogus Liberianus post Cletum Clementis successorem quinto loco pergit: „Anaclitus ann. XII. m. X. d. III. fuit temporibus Domitiani, a cons. Domitiano X. et Sabino (84) usque Domitiano XVII. et Clemente (95“). eosdem annos catalogus Felicianus et liber pontificalis retulerunt. Evaristum, quem Clementi successisse Irenaeus dixit, catalogi Romani a cons. Valentis et Veri (96) usque Gallo et Bradua (108), Eusebius inde ab a. 100 episcopum fuisse tradiderunt.

[5]) Eusebii Chron. (in A. Mai scriptorum veterum novae collectionis Tom. VIII. p. 392) ad a. 95: „scribit Bruttius plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos et Flaviam Domitillam ***Flavii Clementis consulis ex sorore neptem*** in insulam Pontiam relegatam, quia se christianam esse testata est.“ HE. III, 18, 4: *εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα κατὰ τοὺς δηλουμένους ἡ τῆς ἡμετέρας πίστεως διέλαμπε διδασκαλία, ὡς καὶ τοὺς ἄποθεν τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς μὴ ἀποκνῆσαι ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις τόν τε διωγμὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ μαρτύρια παραδοῦναι, οἵ γε καὶ τὸν καιρὸν ἐπ᾽ ἀκριβὲς ἐπεσημήναντο, ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ Δομετιανοῦ* (95 vel 96) *μετὰ πλειόνων ἑτέρων καὶ Φλαουίαν Δομιτίλλαν ἱστορήσαντες, ἐξ ἀδελφῆς* (var. l. *ἐξαδελφὴν*) *γεγονυῖαν Φλαουίου Κλήμεντος, ἑνὸς τῶν τηνικάδε ἐπὶ Ῥώμης ὑπάτων, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν εἰς νῆσον Ποντίαν κατὰ τιμωρίαν δεδόσθαι.*

Romae episcopus, siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem.[1]) — obiit tertio Traiani anno." perturbatum autem Romanorum episcoporum ordinem Epiphanius ita componere voluit, ut Clemens ab ipso Petro ordinatus episcopatum primo recusasse, tum mortuis Lino et Cleto suscepisse videatur.[2]) Rufinus Aquileiensis Clementis Recognitionibus latine versis haec praefatus est ad Gaudentium: „Quidam enim requirunt, quomodo cum Linus et Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerit episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens sibi dicat a Petro docendi cathedram traditam. cuius rei hanc accepimus rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret negotium, sicut invenitur etiam apud Caesaream fecisse, ubi cum ipse esset praesens, Zachaeum tamen a se ordinatum habebat episcopum, et hoc modo utrumque verum videbitur, ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem." [3])

per Clementem turbatus Romanorum episcoporum antiquissimorum ordo nobis non componendus, sed cognoscendus est. certum autem locum et quietum Clemens nunquam inveniet, nisi reductus ad Clementem consularem a. 96 ineunte interemptum. hunc insignem virum, *ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη ἐξοκέλλοντα*, iudaizantes Christiani Romani tamquam Petri apostoli discipulum, comitem et successorem celebrabant.

iam Hermae Pastor Vis. II, 4 p. 12, 7 sq. Clementem, cui Romanae ecclesiae libros ad extraneas civitates mittere liceat, ante ipsos presbyteros ecclesiae praefectos nominavit. Clementi supposita epistula ad Jacobum ante Recognitiones et Homilias eum tamquam Petri ipsius successorem iam summa episcopi auctoritate presbyteris praeposuit et gentilium per Petrum servatorum optimas primitias appellavit (c. 3). quod Clemens autem etiam Pauli discipulus fertur, ex hac demum epistula, quae Pauli doctrinam quamvis mitigatam profitetur, ortum esse videtur.[4]) ita iam Irenaeus adv. haer. III, 3, 3: *μετὰ*

[1]) ita ipse Hieronymus adv. Jovinian. I, 12 (Opp. II, 257 sq.): Clemens successor apostoli Petri, cuius Paulus apostolus meminit (Phil. IV, 3). Comm. in Jes. LII, 13 (v. supra p. XXIV): Clemens vir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam.

[2]) Haer. XXVII, 6, ubi Petrus et Paulus XII. anno Neronis (64) martyrio coronati, Linus et Cletus per duodenos annos munere functi dicuntur, Clemens igitur fere a. 88 cathedram Romanam escendisse putatur.

[3]) itaque Rufinus etiam in libro de adulteratione librorum Origenis (post Origenis Operum ed. Ruae. T. IV. p. 50, apud Hieronymum adv. Ruffinum II, 17, Opp. II, 507): „Clemens apostolorum discipulus, qui Romanae ecclesiae post apostolos episcopus et martyr fuit."

[4]) quae hac de re iam disserui (apostol. Väter p. 95 sq.), impugnata quidem sunt a Lipsio l. l. p. 166 sq. et Volkmaro (theol. Jahrb. 1856. p. 297 sq.), sed non refutata, cf. quae respondi (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1858. IV. p. 589 sq.). Petropaulina de Clemente traditio facillime derivatur ex antiquiori Petrina, cui propter ipsam epistulam Clementi adscriptam Pauli schola addebatur. ad hanc opinionem confirmandam Phil. IV, 3 adhibebatur. contra Petrina traditio propriis pedibus stat neque nititur ipsius epistulae fundamento. ceterum minime nego, Clementem consularem etiam a Paulina ecclesia Romana celebratum esse. solus Hefelius utrumque Clementem, Romanum et Philippensem, ita coniungere voluit, ut ille Philippis natus sit.

τοῦτον (Anacletum) δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων. Origenes (v. supra p. XXII sq.) Clementem non tantum Apostolorum discipulum appellavit, sed etiam Pauli testimonium Philipp. IV, 3 ad eum retulit. quem secuti sunt Eusebius HE. III, 15, Epiphanius Haer. XXVII, 6: εἶτα Κλήμης, σύγχρονος ὢν Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ (per memoriae lapsum), Hieronymus de vir. illustr. c. 15: Clemens, de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait: „Cum Clemente et caeteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitae, quartus post Petrum Romae episcopus," adv. Jovinian. I, 12: „Clemens successor Petri, cuius Paulus apostolus meminit." etiam Petrus Constitutionum apostolicarum VI, 8 p. 164, 22 sq.: Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, μαθητευθέντος (μαθητεύσαντι Lagard.) δὲ καὶ Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ συνεργῷ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

II. Clementis quae dicitur *epistula prior ad Corinthios* ipsa nullum praeter Romanam ecclesiam sibi vindicat certum auctorem. sensim autem illa traditio orta est, quae Clementem hanc epistulam scripsisse ferebat.

1. Hermae Pastor Vis. II, 4 p. 12, 7 sq. *Clementi* nondum inter presbyteros vel episcopos, qui ecclesiae praeerant, recepto id solum officium tribuit, ut Romanae ecclesiae libros aliis mitteret. erat enim huius ecclesiae membrum praecipuum. eundem iam scripsisse Romanae ecclesiae epistulam ad Corinthios retulerunt Dionysius Corinthius, Irenaeus, fortasse etiam Hegesippus. sed hanc epistulam inter omnes quos novimus primus Clemens Alexandrinus simpliciter Clementis Romani appellavit. quaeritur, num recte ita appelletur. nam talis traditionis quamvis antiquioris nulla est certitudo, si rei ipsius naturae adversatur. epistulam per Clementem scriptam iam Dionysius Corinthius appellavit, sed idem Dionysius etiam Corinthiam ecclesiam a solo Paulo plantatam (cf. 1 Cor. III, 6) Petri et Pauli communem plantationem appellavit, quos Corinthiam ecclesiam plantasse et simul Romae martyrium passos esse dixit (apud Euseb. HE. II, 25, 8). Hegesippum autem multa fabulosa credidisse et scripsisse constat.

missa igitur traditione epistula ipsa exquirenda est. huius autem scriptorem e gentibus ortum esse iam dies nocti antepositus c. 2 p. 6, 2. c. 24 p. 29, 7 aperte docet, neque audiendus est E. Gundert,[1]) qui eum etiam iudaicae nationi vindicare voluit. novo populo Dei e gentibus collecto (c. 29 p. 34, 5 sq.) et scribentes et legentes adnumerantur (c. 30 p. 34, 9 sq. cf. c. 32 p. 36 1 sq.). Romanum autem civem hanc epistulam scripsisse concludere licet e c. 6 p. 9, 13 (ἐν ἡμῖν) c. 55 p. 57, 18 (ἐν ἡμῖν), cf. c. 37 p. 41, 10. 11 τοῖς ἡγουμένοις ἡ[μῶν]. sed ipsius imperatoris patruelem, quamvis nondum consulem, ita locutum esse de illis, „qui nobis imperant," quasi ipse imperii plane expers esset, valde dubito. ecclesiastici imperii scriptor non erat expers. scripsit enim ex persona ecclesiae, vel potius presbyterii Romani c. 39

[1]) Der erste Brief des Clemens Romanus an die Corinther, Zeitschrift für luther. Theologie 1853. IV, 651. cf. quae ad c. 32 p. 35, 23. 24 adnotavimus p. 86.

p. 43, 5—7. ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς (presbyteros vel episcopos) καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς (laicos) βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις ἡμῶν. etiam c. 56 p. 58, 17 sq.: καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν (summo ecclesiae magistratui), ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ. itaque scriptorem quidem e gentibus natum, Romanum civem, Romanae ecclesiae presbyterum vel episcopum agnosco, sed T. Flavio Clementi in hac epistula nihil relinquo, nisi quod eam Corinthiis mittere potuit. nam hoc certissime constat, Domitiano, qui paulo post Clementem occisus est, adhuc imperante epistulam conscriptam esse.

2. *Domitiani aetati* iam Patricius Junius et Cotelerius hanc Romanae ecclesiae epistulam recte vindicaverunt. idem post Bleekium, Tholuckium, Neandrum, Schliemannum, Gieselerum, Bunsenium, A. Ritschelium, C. R. Koestlinum, Reussium [1]) et ipse censui (apostol. Väter p. 83 sq.). post me ita iudicaverunt E. Gundert (l. l.), Ecco Ekker, [2]) R. A. Lipsius, [3]) alii. et haec sententia omni ex parte confirmatur. pauci etiam nunc Grotium, Dodwellum, Grabium, Wottonum, Gallandium secuti iam Neronis imperio exeunte (a. 68) hanc epistulam scriptam esse putant, inter catholicos theologos Hefelius, inter protestantes C. Wieselerus. sed horum sententiam ipsa epistula refellit, quippe quae c. 1 p. 3, 7 sq. crebro iteratas Christianorum calamitates, quales Domitiano, non Nerone imperante acciderunt, vix praeterlapsas dicat, c. 44 p. 47, 5. 6 presbyteros ab apostolis aliisque viris insignibus constitutos μεμαρτυρημένους πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, c. 47 p. 50, 18 Corinthiam ecclesiam a. 53 a Paulo conditam iam ἀρχαίαν appellet. [4]) alii Clementis dictam epistulam secundo demum seculo vindicare voluerunt. Schwegleri [5]) vestigia secutus Volkmarus [6]) non Domitiano, sed Adriano imperante hanc epistulam conscriptam esse constanter asseveravit. quam sententiam a me statim impugnatam [7]) ipsi Baurio [8]) placuisse semper admiratus sum. nam auctoris fiduciae ipsa argumenta parum conveniunt. post Domitiani vexationes, Traiani celeberrimum de Christianis puniendis rescriptum subitae

[1]) quorum scripta laudavi (apostol. Väter p. 84 not. 14).

[2]) Disquisitio critica et historica de Clementis Romani priore ad Corinthios epistola, Traiecti ad Rhen. 1854. p. 93 sq.

[3]) De Clementis Romani epistola ad Corinthios priore disquisitio. Lips. 1855. p. 136 sq.

[4]) praeterea cf. quae hac de re monui in libro meo: apostol. Väter p. 83 sq. et in huius editionis adnotationibus p. 77 sq.

[5]) Nachapostol. Zeitalter, Tubing. 1846. Vol. II. p. 125 sq.

[6]) Ueber Clemens von Rom und die nächste Folgezeit, mit besonderer Beziehung auf den Philipper- und Barnabasbrief, so wie auf das Buch Judith, theol. Jahrb. 1856. p. 287—369. Die Religion Jesu und ihre erste Entwickelung etc. Lips. 1857. p. 391 sq. Der Ursprung unserer Evangelien nach den Urkunden, laut den neuern Entdeckungen, Turici 1866. p. 64.

[7]) Volkmar's chronologische Entdeckungen über die Apokalypsen des Esra und das Buch Judith, die Briefe des römischen Clemens und des Barnabas, Zeitschr. f. wiss. Theologie. 1858. II. p. 282 sq.

[8]) Lehrb. d. christl. Dogmengeschichte, ed. II. Tubing. 1858. p. 82 not., Vorlesungen über Neutestamentl. Theologie, ed. F. F. Baur, Lips. 1864. p. 41 sq.

certe et improvisae calamitates huius generis (c. 1 p. 3, 7 sq.) accidere non poterant. Petrum et Paulum a. 64 martyres Domitiani quidem coaetanei *τους ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς, τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα* (c. 5 p. 8, 15 sq.) appellare poterant, sed Adriani coaetaneos post LX fere annos ita locutos esse valde dubito. et quis tandem Volkmaro credet, presbyteros ecclesiarum ab ipsis apostolis constitutos, si post LXX fere annos superstites erant,[1]) munere ecclesiastico fungi potuisse, Corinthios autem etiam tales seniores munere privasse (c. 44 p. 47, 13. 14)? Judithae vero librum, quo huius epistulae scriptor iam usus est (c. 55 p. 58, 4 sq.), diu ante Adriani imperatoris primum annum (117 vel 118) compositum esse certissimis constat argumentis.[2]) Volkmari sententiam equidem tamquam omni dubitatione vacuam et chronographae artis isigne exemplum admirari non possum.

Domitiani aetati Romanam epistulam vindicantes vix errabimus, si eam post a. 93 scriptam esse censebimus. nam inde ab illo anno, devicta L. Antonii Saturnini rebellione, Domitianus in bonos quosque saevire et tyrannum se aperte ostendere coepit.[3]) idem imperator, qui a. 93 exeunte philosophos persecutus est, neque Christianis tamquam philosophorum similibus pepercisse videtur. itaque Romani Christiani c. 1 p. 3, 7. 8 [*τὰς*] *αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους* [*γενομ*]*ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ* [*περ*]*ιπτώσεις* memorare potuerunt.

[1]) Fortunatus quidem Corinthius, quem Paulus 1 Cor. XVI, 17 memoravit, vix ille Romanae ecclesiae legatus quem Clem. epi. I, 59 p. 62, 15 appellavit, habendus est.

[2]) cf. quae Lipsius (das Buch Judith und sein neuester Dollmetscher, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1859. I. p. 39—121) et ego ipse exposuimus (Die Bücher Judith, Tobit und Baruch und die neue Ansicht von Hitzig und Volkmar über die Apokryphen des Alten Testaments (ib. 1861. IV. p. 335—385).

[3]) Tacitus in vita Agricolae c. 44 gaudet, socerum suum, qui X. Kal. Sept. a. 93 mortuus est, „evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus non iam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo vel velut uno ictu rempublicam exhausit.“ Plinius Panegyr. c. 95: „si cursu quodam provectus ab illo odiosissimo principe antequam profiteretur odium bonorum, postquam professus est, substiti.“ substitit autem Plinius post praeturam a. 93. de hoc tempore Imhofius in libro supra p. XXVII not. 1 laudato p. 112: „Das ist die Zeit, von welcher Tacitus zu Anfang seiner Historien redet, wo in Folge der Untersuchungen vom J. 93 das Meer mit Verbannten angefüllt, die Klippen vom Blute Ermordeter gefärbt waren, und in Rom Schrecken und Entsetzen herrschten. Geburt und Reichthum, das Ablehnen und das Verwalten obrigkeitlicher Aemter, alles ward Grund zur Anklage. Die Delatoren, deren Menge immer noch wuchs, prahlten mit Consulaten, Statthalterschaften und Priesterämtern wie mit der Beute überwundener Feinde, Sclaven wurden gegen ihre Herren gehetzt, Freigelassene gegen ihre Patrone. Hatte jemand seine Feinde, so mussten seine Freunde zu seinem Untergange dienen. Und mitten in diesem Elende sah man erschütternde Beispiele fast vergessener, altrömischer Tugend. Mütter begleiteten ihre Söhne ins Exil, Gattinnen ihre Männer. Manche opferten sich freiwillig für einen theuren Freund oder Verwandten, ja Sclaven ertrugen standhaft die Qualen der Folter, um nicht gegen ihre Herren auszusagen. Der Tod selbst ward mit einem Muth hingenommen, würdig der gepriesensten Muster der alten Zeit.“ cf. Clem. epi. I, c. 55 p. 57, 17 sq.

3. Romana ecclesia per hanc epistulam *Corinthiorum seditionem* componere studuit. de qua seditione hanc fere sententiam proposui (apostol. Väter p. 78 sq.): in seditionis principibus omnia revocari ad superbam aliquam sapientiam. superbiam autem non tantum *ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου* (c. 21 p. 26, 6), omnino in solis verbis (c. 38 p. 42, 10 cf. c. 30 p. 35, 1 *ἔργοις δικαιούμενοι καὶ μὴ λόγοις*), sed etiam in rebus ipsis conspici. ita moneri c. 38 p. 42, 9—14: *ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ[ω], ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ καὶ [αὐτὸς] μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ[κων ὅτι ἕτ]ερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν.* eodem modo dici c. 48 p. 51, 9 sq.: *ἤτω τις πιστός, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός·* [1]) *τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.* triplex igitur arrogantia vituperari videbatur: 1) propter scientiae christianae sermones, quos e Pauli epi. I. ad Cor. VIII, 1 sq. XII, 8. XIV, 6 illustravi, 2) propter sermonum diiudicationem, quam ad illas *διακρίσεις πνευμάτων* 1 Corr. XII, 10. XIV, 29 revocavi, 3) propter continentiam vel vitam caelibem, cuius nimiam aestumationem iam Paulus 1 Cor. VII reprimere debebat. eosdem Corinthios, quorum vivida et turbulenta ingenia iam Paulum valde sollicitaverant, etiam ex hac Romanae ecclesiae epistula recognovi. sed haec omnia Ekkero l. l. p. 31 sq. acutius quam verius exposita esse neque epistulae simplicitati convenire videbantur. hypothesi de *γλωσσολαλίᾳ* et *πνευματολογίᾳ* me abusum esse ad omnia fere eo referenda, etiam ea quae non nisi coacta ratione ita explicari possint. verum enim vero Ekkerus ipse sententiam proposuit trivialem neque epistulae gravitati convenientem. ita c. 30 p. 35, 1 *δικαιοῦσθαι* non Paulino sensu sumendum esse, sed significare: „se bonum praebere coram Deo“ opinatus est. et contra scriptorum veterum usum (cf. Ignat. ad Polyc. c. 5) etiam a verbis illis *ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκί* ascetismum cum coelibatu coniunctum arcere voluit. epistulam ipsam nihil docere praeter veritatem illam ubivis cognitam: animo elatos et superbos omnes homines duabus rebus gloriari, verbis et factis, neque quidquam inesse, quod ad pneumatologiam et ascetismum spectet. de hac sententia Lipsius suo libro p. VI sq. praefatus est: Ekkerum plebem Corinthiam ad tumultuandum instigatam cum ipsis tumultus auctoribus confudisse et seditionis imaginem adeo diluisse et decolorasse, ut omnia quasi nebulis ac tenebris obscuravisse videatur. ipse Lipsius (l. l. p. 108 sq.) meam sententiam summa in re probavit et ex parte promovit.

aliam viam ingressus E. Gundert [2]) hanc fere proposuit sententiam: seditionis principes, contra quos Romana epistula scripta est, e gentilibus oriundi Pauli doctrinam ita exacuerant, ut Clemens eam mitigatam proponere debuerit. Pauli autem doctrinam adversarii non acuissent, sed prorsus

[1]) tunc codicem (*ἤτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις*) nondum e Clemente Alexandrino correxeram.

[2]) Der erste Brief des Clemens Romanus an die Corinther, partic. II. Zeitschrift für lutherische Theologie u. Kirche 1854. I. p. 29 sq.

deseruissent, si eos de ipsa resurrectione futura dubitasse e c. 11 p. 13, 23. 24. c. 23 p. 28, 8 sq. concluderemus. quod autem Gunderto seditionis principes Pauli doctrinam de fide iustificante ita pervertisse videntur, ut operibus omnino opus non esse existimaverint, et ipsum epistulae non congruit. adversarios non tam docendo quam agendo, modestia quidem deserta, bona opera contemsisse monuit Lipsius l. l. p. 114. 124. equidem addo, de tali doctrinae summo discrimine omnino non agi, sed certatum esse *περὶ* [*μὴ*] *ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν* (c. 45 p. 47, 15. 16).

ceterum et ipse aliquod doctrinae discrimen non nego neque priorem meam sententiam sine omni emendatione repeto. Romana ecclesia iam c. 1 p. 4, 1 sq. detestatur impiam illam seditionem a paucis hominibus temerariis et audacibus motam, qua obedientia magistratibus ecclesiasticis praestita (p. 4, 12) omnino sublata est. plebis seditio c. 3 p. 6, 17—20 describitur: *οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἀτίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους*, quae aperte revocant ad 1 Cor. IV, 10: *ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.* seditionis autem causa primaria declaratur invidia vel obtrectatio (*ζῆλος* c. 3 p. 7, 4 sq.), cuius exempla antiquiora et recentiora recensentur c. 4—6. quamobrem Corinthii commonentur ad poenitentiam c. 7. 8. ante omnia iis proponuntur obedientiae vetera exempla ab Enocho et Abrahamo data et caritatis per hospitalitatem (*φιλοξενίαν*) ab Abrahamo, Loto, Rahaba ostensae (c. 9—12). cum obedientia praestanda coniungitur modestia commendata (c. 13—15), ubi seditionis principes tamquam arrogantes, invidiosi, pacem simulantes carpuntur (c. 14 p. 16, 10. 11. c. 15 p. 17, 7. 8). summum modestiae exemplum additur Christus c. 16 cum veteribus prophetis et Veteris Testamenti viris illustrissimis (c. 17. 18). tum Corinthii revocantur ad illam pacem, quam Deus ipse in mundo creato ordinavit (c. 19. 20). Deo igitur dignam eique acceptam vitam exerceant morem non gerentes *ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν* (p. 26, 5. 6), sed Christi venerationem ostendentes in magistratuum ecclesiasticorum reverentia (p. 26, 7. 8) et bonae conversationis ordine, quae omnia fides christiana confirmavit (c. 21. 22). denique Corinthiis mercedes poenaeque futurae proponuntur, quae a resurrectionis et Christi reversuri spe pendent (c. 23—28).

his praemissis Romana ecclesia Corinthiis iam in mentem revocat populi a Deo electi dignitatem, quae etiam in modestia et concordia exercenda sit (c. 29. 30). quod operibus, non verbis iustificari, propriam laudem vitare iubentur (p. 35, 1. 5 sq.), ad seditionis principes spectat, propter quos viae benedictionis accuratius exponuntur (c. 31—36). fidem quidem iustificantem Romana ecclesia agnoscit (p. 36, 5. 6), sed fidem non destitutam operibus. iam Abrahamus benedictus dicitur *δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας* (p. 35, 14. 15). itaque propter fidem iustificantem non negligamus oportet bona opera et caritatem (p. 36, 9 sq.). haec via salutis per Christum aperta est. Christi autem inimici sunt, qui Dei voluntati adversantur (p. 41, 5—7). iam ad ipsam Corinthiorum controversiam accedunt c. 37—39. Dei praecepta eodem certo ordine sequamur oportet, quo Romanorum legiones militantur (c. 37). ita totum corpus christianum per obedientiam contineatur. quam qui dese-

ruerunt et deleverunt seditionis principes ipsi monentur c. 38 p. 42, 9 sq., ut sapientia in bonis operibus, non in verbis ostendatur, modestia vel humilitas (*ταπεινοφροσύνη*) aliorum, non proprio testimonio commendetur, vitae caelibis continentia ad Deum huius doni auctorem referatur. illi sunt insipientes, qui inflato animo etiam Romanae ecclesiae magistratus contemnunt.[1]) hi autem iubent rerum sacrarum certum ordinem a seditionis ducibus perturbatum (c. 40. 41). certis temporibus, ministris locoque res sacrae celebrandae sunt. Christo summo pontifice inter pontifices, qui sunt presbyteri vel episcopi, Levitas, i. e. diaconos, laicos seu plebem christianam singula officia distributa sunt. Corinthii autem docentur, non ubique, sed unico loco sancto sacrificia celebranda esse (c. 41 p. 44, 18 sq.). iidem monentur: *οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν.* itaque Corinthios contra hanc legem deliquisse, eucharistiam extra locum, quo a presbyteris ordinariis administrabatur, celebrasse constat. bene Lipsius l. l. p. 117: „sicuti Pauli temporibus (1 Cor. XI, 19), ita etiam tum quum Clemens [vel: presbyterium Romanum] epistolam scripsit, magna inter Corinthios de coena Domini dissidia orta sunt. — fuerunt igitur, qui ipsam coenam Domini litibus altercationibusque profanare non erubescerent.“ quam ob rem magistratuum ecclesiasticorum auctoritatem Romani Corinthiis solemniter commendant (c. 42—45). Deus Christum, Christus apostolos misit, qui quos primos ad fidem christianam converterunt, episcopos et diaconos crediturae plebis creaverunt.[2]) apostoli contentionis de episcopatu futurae praescii illis iam constitutis etiam mandatum addiderunt, ut mortuis alii in munere ecclesiastico succederent (c. 44 p. 46, 15 sq.). peccaverunt igitur Corinthii, qui presbyteros vel episcopos nonnullos munere demoverant (p. 47, 12—14), propter res ad salutem non pertinentes contentiosi (c. 45 p. 47, 14—16). ita plebs Corinthia contra patricios rebellaverat, schisma ortum etiam tunc durabat (c. 46 p. 50, 6. 7). renovatae, adeo superatae videbantur factiones illae Corinthiae, quas iam Paulus (1 Cor. I, 11 sq.) vituperavit. turpissima fama ferebatur, Corinthiorum antiquam ecclesiam *δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους* (c. 47 p. 50, 18. 19). qui seditionis auctores quales fuerint, docemur c. 48 p. 51, 9 sq., ubi Corinthii ut se convertant monentur: *ἤτω τις πιστός, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός· τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.* fidei igitur vi et constantia, scientiae spiritualis luce, litium diiudicandarum sapientia,[3]) agendi alacritate, vitae caelibis

[1]) c. 39 p. 43, 5—7: Corinthiorum presbyterorum et Romanorum res communes sunt. quam ob rem presbyteros quidem Corinthios, non ipsam plebem Romani presbyterii arbitrium provocasse puto.

[2]) c. 42 p. 45, 9 sq. clerus christianus praecedit plebem ipsam.

[3]) hac in re priorem meam sententiam emendavi, nam sapientiam *ἐν διακρίσει λόγων* praestitam nunc ad praesidum ecclesiasticorum potius officia quam ad pneumaticorum hominum eloquia diiudicanda refero. de episcoporum vel presbyterorum foro cf. Clementis epi. ad Jacob. c. 10: *οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι.* Clem. Hom. III, 67: *οἱ λοιποὶ πάντες ἀδελφοὶ τὸ ἀδικεῖσθαι ἀναδεχέσθωσαν· εἰ δὲ κρίνεσθαι θέλουσιν περὶ ὧν ἀδικοῦνται, ἐπὶ*

castitate [1]) ii gloriabantur, qui Corinthios impulerunt, ut nonnullis senioribus, quibus fortasse propter nimiam senectutem illae virtutes deesse videbantur, obedientiam denegarent. recentioribus viribus magistratus ecclesiastici egere videbantur. itaque novis praesidibus eucharistia a maxima plebis parte celebrabatur. his omnibus Corinthiorum dissidium perficiebatur.

in ultima epistulae parte (c. 48—59) Corinthii omnino monentur, ut dissidium ipsi tollant et ad caritatem mutuam redeant. qua in cohortatione Romani presbyteri, qui hanc epistulam scripserunt, seditionis principum virtutes inviti quodam modo agnoverunt. nam eos hortantur, ut *τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος* ipsi considerent (c. 51 p. 58, 8 sq.), ut propter pacem ecclesiae sponte recedant (c. 54 p. 57, 4 sq.). moderatio et humilitas, quae sola iis deest, a Deo impetranda est (c. 56 p. 58, 17 sq.). Romani presbyteri eosdem seditionis auctores, quos tam vehementer accusaverunt, cohortantur, ut ipsi poenitentes ad presbyterorum obedientiam redeant (c. 57 p. 60, 1 sq.). neque haec cohortatio eventu caruisse videtur. magistratuum auctoritas vere restituta est. nam Hegesippus (apud Euseb. HE. IV, 22, 2) illis, quae de hac epistula tradidit, etiam addidit: *καὶ ἐπέμεινεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ.*

sine ira et studio Corinthiae ecclesiae dissidium considerantes neque magistratuum ecclesiasticorum neque plebis christianae defensores omnino damnabimus. illi merito quidem magistratuum auctoritatem tuebantur, sed etiam ita extollebant, ut plebis christianae iura laesa sint. sola obedientia praestanda praedicabatur. illi non docebant, ubi duo vel tres in Christi nomine congregati snnt, ibi Christum medium adesse (Matth. XVIII, 20), sed unicum sacrificiorum a presbyteris administratorum locum praedicabant (c. 41 p. 44, 18 sq.). illi Paulum, qui ecclesiarum praesides noluit Christianorum fidei dominari, sed eorum gaudii adiutores esse (2 Cor. I, 21), non secuti episcopos et diaconos iam ante plebem christianam constitutos asserebant (c. 42 p. 45, 9 sq.). hi fortasse proprias laudes nimium extollebant, [2]) sed summo iure poscebant, ut plebs christiana virili potius virtute quam senectute iam fessa regatur, vel potius regiminis ecclesiastici non plane expers sit. victoriam in hoc certamine reportavit cleri auctoritas. tota igitur epistula quamvis Clementi caesareo vix tribuenda nobis repraesentat cleri ecclesiastici suprematum nascentem, plebis christianae servitutem incipientem.

4. Corinthiam ecclesiam, cui haec epistula inscripta est, Pauli doctrinam tunc omnino retinuisse nemo negavit. sed etiam *Romana ecclesia* in hac epistula Pauli doctrinam professa est quamvis mitigatam neque XII apostolorum auctoritati adversantem. [3]) summis Pauli laudibus Petri commemoratio anteponitur c. 5 p. 8, 19 sq., omnes apostoli tamquam Christi ipsius legati agnoscuntur c. 42 p. 45, 1 sq. c. 44 p. 46, 15 sq. c. 47 p. 50, 13. fides

τῶν πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν· τὸν δὲ συμβιβασμὸν οἱ πρεσβύτεροι τῷ ἐπισκόπῳ προσαναφερέτωσαν. Constitutt. app. II. 37 p. 64, 10 sq.

[1]) vitae caelibis nimiae aestumationi vitae coniugalis commendatio opponitur c. 1 p. 4, 15 sq. c. 21 p. 26, 11 sq.

[2]) cf. c. 14 p. 16, 10. 11. c. 21 p. 29, 5. 6. c. 30 p. 35, 5 sq. c. 38 p. 42, 9 sq. c. 48 p. 51, 9 sq. c. 57 p. 60, 4 sq.

[3]) cf. quae hac de re iam exposui in libro meo: Die apostol. Väter p. 86 sq. et in ephemeridibus: Zeitschr. für wiss. Theologie 1858. IV. p. 572 sq.

scio an fabulose, unum in toto orbe nec visum magnopere. aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetero purpureus, caeruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumae apice honestante. primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminem exstitisse qui viderit vescentem, sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis DIX, senescentem casiae thurisque surculis construere nidum, replere odoribus et superemori. ex ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum principioque iusta funera priori reddere et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, et in ara ibi deponere. cum huius alitis vita magni conversionem anni fieri prodidit idem Manilius iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reverti. hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum arietis Sol intraverit. et fuisse eius conversionis annum prodente se, P. Licinio, Cn. Cornelio consulibus (a. u. 657, ante Chr. n. 97) ducentesimum quintum decimum, Cornelius Valerianus phoenicem devolavisse in Aegyptum tradidit Q. Plautio, Sex. Papinio coss. (a. u. 789, p. Chr. 36). allatus est et urbem Claudii principis censura anno urbis DCCC (post Chr. 47) et in comitio propositus, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret." addo etiam Taciti Ann. VI, 28: „Paullo Fabio, L. Vitellio coss. (a. u. 786, p. Chr. 34) post longum saeculorum ambitum avis phoenix in Aegyptum venit praebuitque materiam doctissimis indigenarum et Graecorum multa super eo miraculo disserendi. de quibus congruunt, et plura ambigua, sed cognitu non absurda promere libet. sacrum Soli id animal et ore ac distinctu pinnarum a ceteris avibus diversum, consentiunt, qui formam eius definiere. de numero annorum varia traduntur. maxime vulgatum quingentorum spatium. sunt qui adseverent, mille quadringentos sexaginta unum interiici, prioresque alites Sesostride primum, post Amaside dominantibus, dein Ptolemaeo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in civitatem, cui Heliopolis nomen, advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. sed antiquitas quidem obscura. inter Ptolemaeum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. unde nonnulli falsum hunc phoenicem, neque Arabum e terris credidere, nihilque usurpavisse ex his quae vetus memoria firmavit. confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris struere nidum eique vim genitalem adfundere, ex qua foetum oriri, et primam adulto curam sepeliendi patris, neque id temere, sed sublato myrrhae pondere tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus inque Solis aram perferre atque adolere. haec incerta et fabulosis aucta. ceterum adspici aliquando in Aegypto eam volucrem non ambigitur."

haec omnia docent, etiam ad christianos Romanos phoenicis fabulosi notitiam pervenire potuisse. Ovidium et Plinium in describendo phoenice sequitur Clemens Romanus. Clementem autem in hoc resurrectionis futurae symbolo*) plurimi secuti sunt scriptores christiani, cf. F. Piperi librum: Mythologie der christl. Kunst von der ältesten Zeit bis ins 16. Jahrhundert, Vol. I. Vimar. 1846. p. 446 sq., de phoenice in universum R. J. F. Hen-

*) Gundertus (Zeitschr. f. luther. Theologie 1864. p. 453) e Tacito, qui a. 34 p. Chr. phoenicem in Aegypto apparuisse tradidit, Christi e mortuis resuscitati obscuram imaginem assequi studuit. iam mutatam esse totam fabulae formam, quippe quae mortuum phoenicem quodam modo renatum esse statuerit: „In dieser neuen Form ist die Idee der Auferstehung der tiefere Sinn des Mythus, und es dürfte wohl nicht zu gewagt sein, an einen Zusammenhang mit der eben um diese Zeit (auf ein paar Jahre vorwärts kommt es hier nicht an) erfolgten Auferstehung Christi zu denken, indem das Wort von der *ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν* auch nach Aegypten drang und sich dort mit den alten mythologischen Gebilden vermischte." sed iam Ovidius docuit, „corpore de patrio parvum phoenica renasci." equidem moneo, iam a. 44 p. Chr. Assumptionem Mosis huius exitum ad phoenicis instar descripsisse.

richsenii commentationis de phoenicis fabula apud Graecos, Romanos et populos orientales partic. I. II. Hafniae 1825. 1827, etiam M. Uhlemanni Handbuch der gesammten ägyptischen Alterthumskunde vol. III. (Lips. 1858) p. 39 sq., vol. IV. p. 226 sq., de phoenicis fama primorum imperatorum Romanorum temporibus saepius sparsa Lehmanni librum: Claudius und seine Zeit. Gothae 1858. I. p. 280.

XXIX. p. 33, 12—34, 8. ὃς ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ — ἅγια ἁγίων. uterque Dei populus, vetus et novus, describitur, cf. quae hac de re iam disserui (Zeitschr. für wiss. Theologie 1858. p. 585). primi electi sunt Judaei (cf. Rom. IX, 11. XI, 7. 28). tum gentiles electi sunt (cf. 1 Thess. I, 4). illi tamquam λαὸς θεοῦ opponuntur gentibus, cf. Deut. XXXII, 43 LXX: εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ (Rom. XV, 10). Tob. XIV, 17: καὶ εὐλογήσουσι πάντα τὰ ἔθνη κύριον· καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ, καὶ ὑψώσει κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. Sap. X, 15: αὕτη (sapientia) λαὸν ὅσιον καὶ σπέρμα ἄμεμπτον ἐρρύσατο ἐξ ἔθνους θλιβόντων (VIII, 14). hos, qui e gentilibus crediderunt, Clemens non ἐξ ἐθνῶν λαόν (Act. XV, 24), sed ἔθνος (cf. Matth. XXI, 43) ἐκ μέσου ἐθνῶν assumptos dixit. itaque Clemens veterem Dei populum non iam negavit, sed novum additum per Christum, τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν (c. 50 p. 54, 4. 5, cf. c. 58 p. 62, 5. 6) docuit, cf. Barnabae epi. III. p. 8, 3. 4. V. p. 12, 32 sq. XIII. p. 44, 22. p. 46, 2 sq. XVI. p. 52, 13. 14. Herm. Past. Vis. III, 5 p. 19, 14.

XXX. p. 35, 7. τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις, cf. quae ad c. 4 p. 8, 1 notata sunt.

XXXI. p. 35, 14. 15. δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας. iustitiae additur veritas. cf. Num. IX, 33 ὅτι ἀλήθειαν ἐποιήσας. Jes. XXVI, 10 ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ (Vat. ποιήσει). Tob. III, 6 ποιῆσαι ἐνώπιον αὐτοῦ ἀλήθειαν (cf. I, 3. III, 5). saepissime ita epistulae et ev. Joann. (III, 21 al.). Clementem, qui Paulum (Gal. III, 6 sq.) et Hebr. XI, 8 sq. 17 sequitur, etiam Jacobi epistulam (II, 21—23), quae operibus Abraamum iustificatum esse docuit, secutum esse, Lipsio l. l. p. 62 non concessi (Zeitschr. für wiss. Theologie 1858. IV. p. 572 sq.).

p. 35, 16. Ἰσαὰκ — θυσία. Isaacum libenter sacrificio se praebuisse etiam Josephus Ant. I, 13, 4 retulit.

p. 35, 19. δωδεκάσκηπτρον. cf. c. 55 p. 58, 12 δωδεκάφυλον. eodem sensu quo φυλὴ etiam σκῆπτρον dici apud LXX. 1 Regg. (Sam.) IX, 21. 3 (1) Regg. VIII, 16. XI, 13. 31, apud Symmachum Ps. LXXIII, 3, in Testam. XII. Patriarch. Dan. 1, Naphth. 5, Jacobsonius monuit.

XXXII. p. 35, 23. 24. ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα. recte mihi monuisse videor, Jesum hic non regiae Judae, sed saserdotali Levi tribui accenseri (apostol. Väter p. 64. not. 21. p. 103). ceterum minime negavi, Jesum secundum Clementem etiam e Davidis stirpe natum esse. utramque stirpem Lucas quoque in Jesu generatione coniunxit (I, 27. 33. III, 23; I, 36). Clemens autem sacerdotale potius quam regium Jesu genus aestumavit. itaque vituperandus non eram a Lipsio (l. l. p. 150. not. 2) et Jacobsonio ad h. l. ἐξ αὐτοῦ Ekkerus l. l. p. 12 perperam ad Deum retulit. — huius capitis initium et c. 40 sq. Gunderto (Zeitschr. für luther. Theologie 1853. IV, 651 sq.) scriptorem e Judaeis ortum redolere videntur. sed haec sententia nullo fundamento nititur, cf. Lipsium l. l. p. 150.

XXXIII. p. 37, 7. 8. ἄνθρωπον — ἔπλασεν. cf. quae hac de re monui (apostol. Väter p. 66. not. 22).

p. 37, 15. 16. καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας ἐχάρη. errasse me, praeeunte Ritschelio (altkathol. Kirche p. 289 ed. I.), haec ad Jesum, non ad Deum referentem, iam concessi Lipsio l. l. p. 78 not. 2.

XXXVII. p. 41, 10. 11. τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν. cf. quae ad c. 5 p. 9, 8 notata sunt. hoc loco additum voc. ἡμῶν Lipsio l. l. p. 155 probare videtur, scriptorem ex Romanorum numero fuisse. hanc scriptoris originem non nego, quamvis omnes fere gentes Romanorum imperio subditos fuisse Barnabae epi. XVI. p. 52, 14 memoret. equidem quaesiverim, num Flavius Clemens, ipsius imperatoris cognatus, etiam vir consularis, ita se ipsum e τῶν ἡγουμένων numero exclusisset.

XL. p. 44, 8—11. *οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν.* hac in re Pauli asseclae Romani iam discesserunt ab ipsorum antiquissima consuetudine *τοῦ κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν* et *τοῦ μὴ φρονεῖν τὴν ἡμέραν* (Rom. XVI, 5. 6), etiam ab ipsius apostoli sententia, qui Christianos noluit *ἡμέρας παρατηρεῖσθαι καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς* (Gal. IV, 10, cf. librum meum: der Paschastreit der alten Kirche. Hal. 1860. p. 167 sq.). veteris cultus et disciplinae leges iam in Christianorum coetum transferebantur. ceterum ipse Paulus talem translationem quodam modo concessit in epi. ad Rom. XIV, 5. 6.

p. 44, 11—15. *τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσίν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ Λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.* bene Lipsius l. l. p. 40: „summus epicopus est Christus, sacerdotes presbyteri sunt, Levitae diaconi, laïci reliqua Christianorum multitudo.“ idem iam refutavit Gundertum, qui presbyterorum nomine et presbyteros strictiori sensu sic dictos sive episcopos et diaconos comprehendi opinatus est (Zeitschr. für luther. Theologie 1854. I. p. 57 sq.), quam sententiam modo non repetiit Knödelius (Historische Analekten aus dem ersten Briefe des Clemens Rom. an die Corinther, theol. Stud. und Krit. 1862. IV. p. 777 sq.). recte Lipsius etiam singula Christi, presbyterorum, diaconorum, laïcorum officia distinxit: „Christi munus cernitur in eo quod dicitur *ἀρχιερεὺς τῶν προσφορῶν ἡμῶν* c. XXXVI. est igitur Christus precum et oblationum quas in coena sacra faciunt fideles, interpres coram Deo ac deprecator efficitque, ut preces illae ratae fiant, dona autem oblata ad animorum salutem promovendam valeant. caveas enim, ne hac in re de morte expiatoria quam passus est Christus cogites.“ „presbyterorum vel episcoporum *λειτουργία* non differt a munere sacerdotum; presbyterorum igitur erat dona et sacrificia Deo offerre. ipsa igitur sacramenti administratio sensu strictissimo dicta, neque ad diaconos neque ad laïcos, sed ad unos presbyteros pertinebat. presbyteris enim certus quidem locus (*τόπος*) prope aram sacrificam assignatus erat.“ hanc voc. *τόπος* interpretationem equidem non respuo, sed etiam latiorem sensum defendo, quo c. 44 p. 47, 12 dicitur *ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου*, quo iam Paulus 1 Cor. XIV, 16 dixit *ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου*, quo etiam apud Ignatium epi. ad Polyc. c. 1, ad Smyrn. c. 6 et Polycarpum epi. ad Philipp. c. 11 ipsum officium ecclesiasticum significatur (cf. librum meum: die apostol. Väter p. 69. not. 25, ubi addidi martyrum Lugdunensium epi. apud Euseb. HE. V, 4, 2, et Ekkeri l. l. p. 17. not. 1). Lipsius pergit: „diaconorum officia conveniebant cum officiis Levitarum: non ipsi sacra fecerunt, sed ministerio suo (*διακονίᾳ*) presbyteros adiuvabant. cernebatur autem hoc ministerium, ut aliunde scimus, in eo, quod diaconi tum dona a Christianis comportata colligerent collectaque presbyteris, qui ad aram stabant porrigerent Constitutt. app. VIII, 12 p. 248, 15. 16), tum panem et vinum post consecrationem factam singulis singulatim manducandum bibendumque distribuerent (Justin. Apol. I. 65. p. 97).“ voc. *λαϊκός* etiam in Clementis Rom. epi. ad Jacob. (Homiliis praeposita) c. 5 et in tractatu illo contra Artemonem apud Euseb. HE. V, 28, 12 reperitur.

XLI. p. 44, 18—24. *οὐ πανταχοῦ προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ* (תָּמִיד Exod. XXIX, 41. Esr. III, 5. Num. X, 34. 3 Esr. V, 75. Joseph. Ant. III, 10 vel 9, quae omnia Jacobson. contulit) *ἢ εὐχῶν* (נְדָרִים cf. Lev. VII, 16 vel 6) *ἢ περὶ ἁμαρτίας* (חַטָּאת Lev. IV, 3 sq. et saepius) *ἢ πλημμελείας* (אָשָׁם Lev. V, 15 sq. et saepius), *ἀλλ' ἢ ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως* (rectius: per sacerdotes inferiores) *καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν.* haec etiam post templum a Romanis deletum scripta esse posse demonstravi (apostol. Väter p. 84 sq.), consentientibus Ekkero l. l. p. 95 et Lipsio l. l. p. 144 sq. hanc interpretationem licere ipse Wieselerus (über den Hebräerbrief I. p. 6) confessus est. de victimarum inspectione iam Junius contulit Philon. de agricultura §. 29 (Opp. I, 320 ed. Mangey.), Clement. Alex. Strom. IV, 18, 119 p. 697: *ἦσαν δὲ κἀν ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ οἱ*

τῶν ἱερείων μωμοσκόποι κτλ. Jacobsonius contulit Polycarp. ad Philipp. IV. *πάντα μωμοσκοπεῖται.* quo modo etiam a Christianis sacrificetur, docent Constitutt. app. II, 25. p. 54, 1 sq.: *αἱ τότε θυσίαι νῦν εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ εὐχαριστίαι, αἱ τότε ἀπαρχαὶ καὶ δεκάται καὶ ἀφαιρέματα καὶ δῶρα νῦν προσφοραί, αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος.* c. 27. p. 56, 12 sq.: *προσήκει οὖν καὶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, τὰς θυσίας ὑμῶν ἤτοι προσφορὰς τῷ ἐπισκόπῳ προσφέρειν ὡς ἀρχιερεῖ, ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ τῶν διακόνων, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῷ προσάγετε.*

XLII. p. 45, 1. *εὐηγγελίσθησαν* passivo sensu dictum esse monui (apost. Väter p. 60. not. 26), probantibus Ekkero l. l. p. 17. not. 3, Lipsio l. l. p. 119 et Jacobsonio. vertendum est: tamquam boni nuntii missi sunt.

XLIII. p. 45, 22 sq. *ἐκεῖνος γάρ κτλ.* Clementem in hac narratione nonnulla ad Num. XVII. addere et ex parte convenire cum Philone (vita Mos. III. §. 21. p. 162, cf. Augustini sermon. 3. de tempore, serm. 245 append. Tom. V. ed. Bened.), iam Cotelerius monuit.

XLIV. p. 46, 16. 17. *ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς.* cf. c. 1 p. 4, 5 *ὄνομα ὑμῶν,* Ignat. ad Ephes. c. 1 et quae notavi (apostol. Väter p. 70. not. 29, p. 259. not. 16).

XLIV. p. 46, 19. *ἐπιτροπήν* emendandum est. nam voc. *ἐπινομήν* hic nullo modo convenit. *ἐπινομή* apud Plutarch. vit. Alex. §. 35 de ignis, apud Aelian. Hist. an. XII, 31 de veneni depastione usurpatur, apud Galenum de fasciarum circumvolutione, cf. Jacobson. hoc loco variae occurrunt interpretationes. Rothius (Anfänge der christl. Kirche I, 374 sq.) Hesychio (*ἐπίνομος· κληρονόμος*) fultus reddidit: „testamentarische Verfügung", quasi apostoli vi testamenti ordinassent, *ipsis* defunctis, *ipsorum* munus presbyteros et diaconos eligendi ad alios probatos viros transire debere (Jacobsonii verbis usus sum). sed recte Baurius (Urspr. des Episkopats p. 63 sq.) oblocutus est, hic non de apostolorum, sed de episcoporum et diaconorum munere conservando agi. voc. autem *ἐπινομή* Baurio idem valere videbatur quod *ἐπινομίς,* praeceptum quod additur ad priorem legem (Zusatz zu einem Gesetz), quam interpretationem Baurius (Die ignatianischen Briefe und ihr neuester Kritiker (Tubing. 1848. p. 8 sq.) etiam contra Bunsenium (Ignatius von Antiochien und seine Zeit, Hamb. 1847. p. 96 sq.) defendit, qui *ἐπιμονὴν* legere voluit, quasi episcopi et diaconi per totum vitae propriae tempus constituti essent. muneris ecclesiastici potius quam eorum, qui eo fungebantur, diuturna conservatio quaerebatur. Baurii sententiam ego ipse (apostol. Väter p. 70 sq.) et Lipsius (l. l. p. 21) defendimus, et nobis accessit A. Ritschelius (altkathol. Kirche ed. II. p. 359 sq., in priori editione *ἐπιστολὴν* proponebatur). etiam Hagemannus (die römische Kirche und ihr Einfluss auf Disciplin und Dogma in den drei ersten Jahrhh. Friburg. Bris. 1864. p. 684) interpretatus est „Verordnung", sed ipse huius interpretationis difficultatem confessus est: „Jeder Zweifel über die Auslegung dieses schwierigen Worts würde schwinden, wenn man statt *ἐπινομὴν* an dieser Stelle lesen dürfte *ἐπινομίν*, d. h. wenn diese Form des Accusativs von *ἐπινομίς* nachgewiesen werden könnte." quae forma quum nusquam reperiatur, emendandum est, neque simpliciorem emendationem quam propositam video.

p. 47, 8. 9. *προσενεγκόντας τὰ δῶρα.* cf. c. 41 p. 44, 19 *προσφέρονται θυσίαι.* Cotelerius contulit Ignat. ad Smyrn. 7, ubi eucharistia dicitur *ἡ δωρεὰ τοῦ θεοῦ,* Constitutt. app. VIII, 12. p. 248, 17 sq.: *οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον.* (etiam II, 59. p. 90, 17. VIII, 5. p. 238, 19. 20) cf. etiam Lipsium l. l. p. 37 sq. equidem addo c. 4 p. 7, 11. 12. (Gen. IV, 4. 5), ubi *τοῖς δώροις* et *ταῖς θυσίαις* idem valent.

XLV. p. 47, 15. 16. *περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.* cf. c. 35 p. 39, 13. 14 *τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ.* Barnab. epi. XVII. p. 54, 22. 23 *τῶν ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν.* Herm. Past. Sim. V, 2 p. 85, 3 *παρα-*

βολήν — ἀνήκουσαν τῇ νηστείᾳ. Ignat. ad Smyrn. 8: *τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*

p. 48, 3. *ἐξήρισαν.* voc. *ἐξερίζειν* exempla desiderata Thesauri Stephaniani novam editionem Parisiensem praebere (Plutarch. vit. Pomp. §. 56, Appian. bell. civ. II, 151), Jacobsonius monuit.

XLVI. p. 49, 5—7. *ἢ οὐχὶ ἕνα θεὸν ἔχομεν καὶ ἕνα Χριστὸν καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς.* Cotelerius contulit, quae e Clemente retulit Basilius M. de spiritu sancto c. 29, a nobis in c. 57 lacuna (p. 62, l. 2) inserta.

XLVII. p. 50, 10. *περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ τε καὶ Ἀπολλώ.* cur illi, qui Christi nomen prae se ferebant, praetermissi sint, iam exposui (apostol. Väter p. ~~107~~). 82, 110.

p. 50, 23. 24. *ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.* periculum mihi quidem (apostol. Väter p. 72) a gentilibus Christianorum tumultum punituris imminere, Ekkero l. l. p. 19 ad salutem amittendam respicere videbatur. hoc sensu dicitur c. 14 p. 16, 13. c. 41 p. 44, 27 *τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ,* illo c. 55 p. 58, 11 *παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ.* — *Ἐσθὴρ κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν.*

L. p. 53, 3. 4. *ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.* cf. Polycratem Ephesium apud Eusebium HE. V, 24, 5: *Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπήν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται.*

LV. p. 57, 17—58, 3. *ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμά, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται· πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἑτέρους ἐψώμισαν.* bene Gundertus (Zeitschr. für luther. Theologie 1853. p. 650): „Sicher ist hier ein charakteristischer Zug aus dem *römischen* Leben zu erkennen. So viele freie Familien kamen ja durch die Präscriptionen der Bürgerkriege und die willkürlichen Schenkungen der Cäsaren in die äusserste Armuth, indem die Günstlinge der Grossen ihre Güter erhielten. Da mochte wohl nicht selten der Fall vorkommen, dass solche Unglückliche, um Andre zu ernähren, mit denen sie durch Bande des Bluts oder der Freundschaft verbunden waren, jenes verzweifelte Auskunftsmittel ergriffen. Aus dem christlichen Leben ist dieses Beispiel schwerlich vorgekommen.“ hanc sententiam probavit Lipsius l. l. p. 155. ceterum cf. Prolegomena c. III.

p. 58, 4 sqq. *Ἰουδὶθ ἡ μακαρία κτλ.* huius epistolae scriptor iam novit librum Judithae. sed valde erraverunt, qui Judithae librum seriori tempori, Adriani imperatoris primis temporibus vindicare voluerunt. Hitzigius (Zur Kritik der apokryphischen Bücher des Alten Test., Zeitschr. für wiss. Theologie 1860. III. p. 240 sq.) et Volkmarus (über Clemens von Rom u. s. w., theol. Jahrb. 1856. p. 362 sq., über die Composition des Buch Judith, ibid. 1857. p. 441 sq., Handbuch der Einleitung in die Apokryphen, partis I. partic. 1; Judith, Tubing. 1860) contenderunt quidem, hunc librum anno 117 exeunte vel a. 118 ineunte post Christum natum conscriptum esse, quam sententiam Baurius (in libris iam supra p. 3, 7. 8 laudatis) et H. Graetz (Geschichte der Juden vom Untergang des jüd. Staates bis zum Abschluss des Talmud. ed. II. Lips. 1866. p. 132 sq.) secuti sunt. ego vero (Volkmar's chronologische Entdeckungen etc., Zeitschr. für wiss. Theologie 1858. II. p. 247 sq., Die Bücher Judith, Tobit und Baruch etc., ibid. 1861. IV. p. 335 sq.) non solum cum Lipsio (das Buch Judith und sein neuester Dollmetscher, ib. 1859. I. p. 39—121) illorum virorum argumenta, quamvis ex parte speciosa, refutasse, sed etiam veram Judithae libri originem ostendisse mihi videor. hic liber scriptus est, postquam Jonathan et Simon Maccabaei Joppen (147—145 ante Chr.) expugnaverunt et in Judaeorum editionem redegerunt (1 Macc. X, 74. 76. XII, 33. XIV, 5. 34), quae urbs Judith. II, 28 iam omittitur inter urbes maritimas gentilium Holopherni parentium, sed antequam Jamnia ibi memorata a Simone Maccabaeo a. 142 ante Chr. expugnata est (cf. Joseph. Ant. XIII, 6. 7). argumenta mea Graetzius et alii ne verbo quidem refutare valuerunt.

p. 58, 13. 14. *ἠξίωσεν τὸν παντεπόπτην θεόν, τῶν αἰώνων.* cf. c. 51 p. 54, 8 *ἀξιώσωμεν συγγνώμην.* c. 53 p. 57, 2 *ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν*

ἀξιοῖ, praesertim Constitutt. app. II, 16. p. 30, 13. 14: *καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ὁ σωτὴρ ἠξίου τὸν πατέρα.*

LVI. p. 58, 21. 59, 1. *ἡ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μνεία.* sanctos, catholicis interpretibus valde placentes, equidem (apostol. Väter p. 90. not. 5) ad ipsam ecclesiam retuli: „Die Fürbitte um die Wiederaufnahme der Gefallenen wird noch an Gott und die Heiligen, also an die Gemeinde gerichtet.“ hanc interpretationem secutus est Gundert (Zeitschr. für luther. Theologie 1854 p. 479), etiam Jacobsonius ad h. l. non vidit, quid vetet, *τοὺς ἁγίους* eodem sensu hic poni quo 1 Cor. VI, 1. XVI, 1. sed Lipsius l. l. p. 44 obiecit, ecclesiam semet ipsam implorare non potuisse, et collato c. 46 p. 48, 13 contendit, sanctos iam appellari eos, qui ob nomen Domini, quod constanter confitebantur, cruciatu ac morte affecti sunt. Clementis sententia Lipsio prope accedere videbatur ad ea, quae in Apocalypsi Joannea de summis Sanctorum honoribus praedicantur. etiam illos sanctos, qui in extremo iudicio iudicum vice fungentur (1 Cor. VI, 2. Apoc. XX, 4), ita interpretatus e Philone (de exsecrationibus §. 9, Opp. II, 436) conclusit, iam Clementem Romanum talem sanctorum invocationem docuisse. quamvis dubitans, sintne verba *καὶ τοὺς ἁγίους* interpolatori adscribenda. sed haec genuina esse non est dubium. neque sanctos martyres Clemens invocandos docuit. sanctos illos nunc video esse angelos superiores. cf. Job. V, 1 *ἐπικάλεσαι δὲ εἴ τις σου εἰσακούσεται* (Vat. *σοι ὑπακούσεται*), *ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψῃ.* XV, 15: *εἰ κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύει.* Zachar. XIV, 5: *καὶ ἥξει κύριος ὁ θεός μου, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ.* Sir. XLV, 2 *ὡμοίωσεν αὐτὸν δόξῃ ἁγίων.* Tob. VIII, 15: *καὶ εὐλογείτωσάν σε οἱ ἅγιοί σου.* XI, 13: *καὶ εὐλογημένοι πάντες οἱ ἅγιοί σου ἄγγελοι.* 1 Thes. III, 13 *ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ καὶ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.* de ipsis precibus ecclesiae cf. Constitutt. app. II, 16. p. 20, 13. c. 18. p. 34, 10.

LVII. p. 61, 1—3. *τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι τε καὶ τῆς Σιβύλλης.* cf. Jes. LXVI, 15. Mal. IV, 1. Dan. VII, 9. 10. Enoch I, 6. 9. X, 6. 13. 14. XC, 24 sq. XCI, 9. XCVIII, 3. C, 9. CIII, 8. 4 Esr. VI, 1 aeth.; Matth. III, 10—12. 1 Cor. III, 13. 15 (2 Petr. III, 7 *οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτοῦ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσίν, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων*); Orac. Sibyll. Prooem. apud Theophilum Ant. ad Autol. II, 36 fragm. II. v. 43. 44. l. III (v. 54 sq. 85 sq.) v. 286 sq. 672 sq. 689 sq. Sibyllam etiam Hermas Vis. II, 4 p. 11, 18 et Petri Paulique praedicatio (apud Clem. Al. Strom. VI, 6, 43 p. 761) noverunt, cf. huius operis fasc. IV.

p. 60, 8. 9. *ἡ πανάρετος Σοφία* non ipse Christus dicitur, uti Lipsius l. l. p. 102 censuit, sed liber Proverbiorum, quem ita appellaverunt Hegesippus, Irenaeus *καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορός,* teste Eusebio HE. IV, 22, 9, etiam Clemens Alex. Strom. II, 22, 136. p. 501 et alii, quos recensuit Cotelerius. Methodius in Symposio I, 3. II, 7 ita laudavit Sapientiam Salomonis.

p. 61, 1—3. fragmentum quod Pseudo-Justinus conservavit hic inserendum esse Gunderto (l. l. 1854. p. 451), non Lipsio l. l. p. 154 dubium visum est.

p. 61, 4—13. fragmenta haec ad Clementis Romani Hom. III, 7. 8. 39 sq. pertinere temere asseruit Noltius (Patristische Miscellen, theol. Quartalschrift 1859. II. p. 276).

LIX. p. 62, 15. *σὺν καὶ Φορτουνάτῳ.* Corinthium aliquem Fortunatum iam Paulus 1 Cor. XVI, 17 memoravit, sed hic Romanus esse videtur.

ADNOTATIONES

ad alteram Clementis epistulam.

p. 64, 1. *πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ β'.* ita inscriptam esse hanc epistulam iam ante Photium (Bibl. cod. 113. 126) index librorum codici Alexandrino praepositus docet, quem Hagemannus (Ueber den zweiten Brief des Clemens von Rom, theol. Quartalschrift 1861. IV. p. 516) praetermisit. ipsa epistula c. 7 p. 68, 26 sq.) ad ludos Isthmicos prope Corinthum celebratos respicit.

p. 64, 2. *Ἀδελφοί.* cf. quae notavi in libro: apostol. Väter p. 11. not. 2. quae sequuntur (c. 1. 2 p. 64, 2 — 66, 4) ad iudaizantes Christianos respiciunt, Christum Deum negantes vel *μικρὰ φρονοῦντας περὶ αὐτοῦ* (id quod antea ipse negavi, apostol. Väter p. 118. not. 7). ita Eusebius HE. III, 27, 1: *Ἐβιωναίους τούτους οἰκείως ἐπεφήμιζον οἱ πρῶτοι, πτωχῶς καὶ ταπεινῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντας.* Epiphanius Haer. XXX, 17: *Ἐβίων γὰρ ἔχει ἀπὸ ἑβραϊκῆς εἰς ἑλλάδα φωνὴν τὴν ἑρμηνείαν· πτωχός. πτωχὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ ἔργῳ Χριστὸν ἄνθρωπον ψιλὸν νομίσας, καὶ οὕτως ἐν πτωχείᾳ πίστεως τὴν ἐλπίδα περὶ αὐτοῦ κεκτημένος.* huic Christianorum iudaizantium coetui opponitur ecclesia vere christiana e gentilibus collecta (p. 65, 5 sq.), quae multitudine iam superavit Judaeos (p. 65, 26. 27.).

p. 65, 4. *ποῖον αἶνον αὐτῷ δώσομεν.* cf. Acta Pauli et Theclae c. 38 p. 58 ed. Tischdf.: *καὶ ἑνὶ στόματι ἀπέδωκαν αἶνον τῷ θεῷ.*

p. 65, 8—11. *ἀμαύρωσιν—τῇ αὐτοῦ θελήσει.* Pseudo-Clemens iudaizans Recogn. I, 15. 16 docuerat: „primum error, deinde contemtus, tum infidelitas et malitia, avaritia quoque et vana iactantia aliaque his similia mala velut fumus quidam immensus universam domum huius mundi replevit et habitantibus intrinsecus intuendi conditorem suum aspectum liberum non dedit, neque quae ei essent placita pervidendi. — — hunc ergo, qui ad auxilium domus, caligine ignorantiae et vitiorum fumo repletae perquiritur, illum esse dicimus, qui appellatur verus propheta." Hom. I, 18: *ἡ τοῦ θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονεν κατὰ πολλοὺς τρόπους. τὰ μὲν πρῶτα εἰσαγωγὴ κακή, συντροφία πονηρά, συνήθεια δεινή, ὁμιλία οὐ καλή, πρόληψις οὐκ ὀρθή. διὰ ταῦτα πλάνη, εἶτα ἀφοβία, ἀπιστία, πορνεία, φιλαργυρία, κενοδοξία καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία κακά, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπιθολώσαντα τὰς ὁράσεις, οὐκ εἴασεν ἀναβλέψαντας ἐκ τῆς διαγραφῆς τὸν δημιουργήσαντα νοῆσαι θεὸν καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι.*

II. p. 65, 26. 27. *τῶν δοκούντων ἔχειν θεόν,* i. e. Judaeorum. cf. Petri praedicationem apud Clementem Alex. Strom. VI, 5, 41. p. 760: *μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις κτλ.* Epi. ad Diognetum c. 3: *Ἰουδαῖοι — ὡς θεὸν ἕνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι φρονεῖν.*

III. IV. p. 66, 5 — 67, 6. Clemens qui dicitur iam ad alteram partem transit, Gnosticorum, qui martyrium christianum parvi aestumabant (cf. librum meum: die apostol. Väter p. 118. not 5) et vitae sanctitatem negligebant (cf. l. l. p. 117. not. 4). et morte et vita Dominum confiteamur oportet.

V. VI. p. 67, 7—68, 25. Clementis epistula cohortatur, ut mundus contemnatur et opera iusta peragantur. eadem fere aetate Dionysius in epistula ad Ponticas ecclesias πολλὰ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας monuit (cf. Euseb. HE. IV, 23, 6) et in epistula Gnossiis inscripta Pinytum episcopum hortatus suasit, μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας (ib. §. 7). Eusebius §. 8 pergit: πρὸς ἣν (ἐπιστολὴν) ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύσιον, ἀντιπαρακαλεῖ δὲ στερροτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. ubique fere de morum christianorum disciplina quaerebatur.

VII. VIII. p. 68, 26—70, 16. eadem fere cohortatio etiam martyrii coronam proponit et ad poenitentiam revocat.

IX. p. 70, 16—18.. Gnosticorum doctrina, quae carnis resurrectionem negavit (cf. libros meos: Das Evang. und die Briefe Joh. etc. p. 317 sq., die apostol. Väter p. 116. not. 1), reprobatur.

X. p. 71, 18 sq. Gnostici doctores intelligendi sunt, qui hominum timore a martyrii pretio deterrebant.

XI. p. 72, 8 sq. dubii confirmantur de bonis iustitiae promissis.

XII. p. 73, 10 sq. dies Christi semper exspectandus est. ille autem dies τῆς ἐπιφανείας τοῦ θεοῦ appellatur (cf. c. 1 p. 64, 3).

MOSIS ASSUMPTIONIS

QUAE SUPERSUNT

NUNC PRIMUM

EDITA ET ILLUSTRATA.

Michaelem archangelum et diabolum de Mosis mortui corpore certasse Judae epi. v. 9 retulit. quam narrationem iam Origenes et Didymus Alexandrinus ex Assumptione Mosis haustam esse tradiderunt.[1]) neque his patribus ecclesiae fides deneganda est, quum eadem epistula v. 14. 15 etiam Enochi librum laudaverit. sed quae J. A. Fabricius Assumptionis Mosaicae fragmenta collegit,[2]) tam pauca erant, ut Lueckius[3]) ne id quidem diiudicare valuerit, utrum Christianus an Judaeus illum librum scripserit. eo magis gaudeamus oportet accuratiore et pleniore Assumptionis Mosaicae notitia, quam doctis Italis debemus.

„Monumenta sacra et profana ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae, opera collegii doctorum eiusdem Tom. I. fasc. I. ed. Sac. Obl. Antonius Maria Ceriani," Mediolani 1861. p. 55—62 etiam „Fragmenta Assumptionis Moysis" continent, priorem certe huius libri partem, quamvis in latinae versionis et indoctae transscriptionis plena barbarie. particulam iam Peyronius[4]) ediderat, librum ipsum, ad quem pertinebat, ignorans. Ceriani quae legere potuit edidit, lacunas notavit, quae non tuto deprehendere sibi videbatur, „charactere cursivo" dare voluit. textum autem restituere ausus non est, et hoc est difficillimum.

his igitur fragmentis usus iam de toto libro iudicium tulit Henr. Ewaldus,[5]) magna ex parte corrigen-

[1]) cf. Assumptionis Mosaicae fragmenta.
[2]) Cod. pseudepigr. Vet. Test. I. p. 838 sq.
[3]) Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung Johannis. ed. II. (1852). Vol. I. p. 235.
[4]) Ciceronis oratt. etc. Stuttgard. et Tubing. p. 131 sq.
[5]) Göttinger gelehrte Anzeigen 1862, Stück 1 p. 3 sq.

dum. nam neque primitus hebraice scriptus, tum graece, denique latine hic liber versus est, sed primitus graece scriptus.[1]) neque iam paulo post Herodem M. mortuum, Judaeam in provinciam redactam (a. 6 aer. Dionys.), Judae Gaulonitae rebellionem devictam, ut Ewaldius censuit, hic liber conscriptus est, sed mortuo Herode Agrippa I. (a. 44), Claudio imperatore. hanc libri aetatem equidem cognovi, consultis amicis Kilonensibus, Alfredo de Gutschmid, cui plurimum debeo, et R. A. Lipsio, cui et ipsi gratias ago. itaque hic liber, qui in occidente, Romae, ut videtur, conscriptus est, Enochiani libri, quo scriptor iam usus est,[2]) etiam Esrae prophetiae (4 Esr.) antiquitatem maiorem comprobat.[3]) idem Novo Testamento lucem improvisam praebet, quippe cuius notitiam et usum iam ante Jacobi epistulam Matthaei evangelium canonicum,[4]) Pauli[5]) epistulae et Joannis Apocalypsis (XIII, 18 cf. c. 9 p. 105, 2) ostendant.

Assumptio Mosis, quamvis iudaica, iam propter hunc scriptorum sacrorum usum ad Novum Testamentum extra canonem receptum quodam modo pertinet. summo autem iure Clementis Romani epistulis addenda esse videtur. non tantum alteram, sed etiam priorem epistulam *ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγειν* iam Photius animadvertit (Bibl. cod. 126). ita Ezechielis

[1]) Ewaldius asseruit: „Die altlateinische Uebersetzung dieses Buchs war gewiss, wie alle jener Zeit, aus dem Griechischen genommen, aber die stärksten, ja die grellsten Hebraismen, wovon die Vorschrift strotzen musste, zeigen sich noch in dieser After-Uebersetzung. Die Urschrift war also sicher hebräisch.“ sed omnia primitus graeca fuisse cognoscimus e c. 1 p. 99, 15 quemadmodum sina querella est i. e. *καθὼς ἄμεμπτόν ἐστιν*. p. 100, 9 cedrabis i. e. *κεδρώσεις*. c. 2 p. 100, 28 finem i. e. *ὁρισμόν*. c. 3 p. 101, 15 thlibsis. c. 4 p. 102, 8 allophylorum. c. 5 p. 102, 23 dividentur i. e. *διχοτομηθήσονται*. p. 103, 1 poenas i. e. *τιμάς*. c. 8 p. 104, 25 acrobystiam. c. 9 p. 105, 2 taxo (*τξέ*). p. 105, 4. 5 eminent principatum i. e. *ὑπερέχουσι τὴν ἀκμήν* (*ἀρχήν*?). p. 105, 9 temptarunt i. e. *ἀνεζήτησαν*. p. 105, 10 ut i. e. *ὥστε*. c. 11 p. 106, 15 tam i. e. *οὕτως*. p. 107, 7 quae timebat i. e. *ἁγνή*. p. 107, 15 semet i. e. *ἑαυτοῖς*. c. 12 p. 108, 10 adfertur i. e. *προσφέρεται*.

[2]) cf. c. 2 p. 100, 20. 26. c. 7 p. 103, 21 sq.

[3]) etiam Esrae phrophetiam (4 Esr.) scriptor iam novit, cf. c. 1 p. 99, 16. 17. c. 4 p. 102, 1 sq. 19. 20. c. 8 p. 104, 21. c. 10 p. 105, 27. 28. p. 106, 3. omnino Esrae assumptio (4 Esr. XIV) cum hac Mosis comparata simplicior est et antiquior.

[4]) cf. c. 8 p. 104, 19 sq. c. 10 p. 105, 24 sq.

[5]) cf. c. 1 p. 99, 18 sq. c. 3 p. 101, 26. c. 7 p. 103, 21 sq. c. 11 p. 107, 6 sq.

libri apocryphi usum reperimus c. 8 p. 10, 21 sq. c. 17 p. 20, 13. quum autem inquirerem, unde tandem illud Mosis dictum: *ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ κύθρας* (c. 17 p. 21, 10) haustum sit, etiam Mosaicae Assumptionis fragmenta contuli et iam in inscriptione simillimam phoenicis commemorationem inveni (cf. Clem. c. 25 p. 30, 1 sq.). quae si Clemens qui dicitur legit, — ita conieci — etiam illa verba et quae apud Clementem c. 26 p. 31, 20 sq. leguntur: *καὶ ἐξαναστήσεις με καὶ ἐξομολογήσομαί σοι* ad Mosem moribundum pertinebunt, quem ad phoenicis instar mortalia terrae reddidisse, immortalia ad angelos sustulisse Assumptio tradidit. nonne illud quoque prophetice dictum, quod utraque Clementis epistula laudavit (I. c. 23 p. 28, 11 sq. II. c. 11 p. 72, 11 sq.), bene congruit Mosis moribundi adhortationibus? congruere videbantur etiam illa quae epi. I, c. 46 p. 48, 13 sq. leguntur, sive Clemens Alexandrinus (Strom. V, 8, 53 p. 677), quem Mosis Assumptione usum esse constat, e Clemente Romano, sive ex Assumptione eadem hauserit. dolendum quidem est, Mosis Assumptionem neque graece neque totam nobis conservatam esse, sed inquiramus oportet, unde tandem illa *ξενίζοντα* desumpta videantur. neque veri similia contemnenda sunt, ubi certa desunt.

itaque Clementis Romani epistulis Assumptionis Mosaicae quae supersunt addere non dubitavi, quamvis latina fragmenta vix ubique sanari possint. quae ipse restitui iam cum duumviris illis Kilonensibus communicavi, quibus sponte accessit Bernardus Weiss (cf. c. 11 p. 107, 7. c. 12 p. 108, 16). etiam Jenenses duumviros Mauricium Schmidt et Adalbertum Merx consului. communibus igitur laboribus restitutam Mosis Assumptionem etiam aliis viris doctis emendandam et diiudicandam trado.

Mosis Assumptione post Paulum apostolum, evangelii secundum Matthaeum scriptorem, quibus etiam Clementem Romanum qui dicitur addo, usi sunt Clemens Alexandrinus, Origenes, Acta Synodi Nicaenae, Didymus

Alexandrinus, Evodius, Oecumenius (ut videtur), quorum testimonia in fragmentis addidi. Athanasii synopsis scr. sacrae[1]) eundem librum inter Veteris Testamenti apocrypha quinto loco resensuit (*Ἀνάληψις Μωϋσέως*). Nicephori stichometria[2]) eodem loco: *Ἀνάληψις Μωϋσέως στίχοι ͵αυ'* (MCCCC), unde coniicere licet, quanta libri pars conservata, quanta deperdita sit. nam idem versuum numerus Joannis Apocalypsi tribuitur.[3]) Mosaicae assumptionis fundamentum etiam in rabbinicis libris de morte Mosis conspicitur.[4])

[1]) in Credneri libro: Zur Geschichte des Kanons, Hal. 1847. p. 145.
[2]) ibid. p. 121.
[3]) *Διαθήκη Μωϋσέως*, de quo libro cf. J. A. Fabricium (cod. pseudepigr. V. T. I. p. 847), teste Nicephoro MC versus continebat. etiam hunc Mosi suppositum librum (*λόγων μυστικῶν Μωϋσέως*) Acta synodi Nicaenae II, 18 p. 28 memoraverunt. itaque Constitutt. apostt. VI, 16 p. 176, 18 sq.: *καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως καὶ Ἐνώχ κτλ.* sacrorum librorum index, quem e codice Parisiensi, ubi Anastasii Sinaitae Quaestionibus et Responsionibus additus erat, primus Cotelerius (Patr. app. I, 196), tum J. B. Pitra (Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta. Tom. I. Romae 1864. p. 100) edidit, inter apocrypha loco VII. et VIII. recensuit: *Διαθήκη Μωσέως. Ἡ ἀνάληψις Μωσέως.*
[4]) cf. quae ad fragm. II. p. 115 notata sunt.

ΑΝΑΛΗΨΙΣ ΜΩΥΣΕΩΣ.

I. . . . . qui est bis millesimus et quingentesimus annus a creatura orbis terrae — nam secundum qui in oriente sunt numerus [millesi]mus et [millesi]mus et [quingentesi]mus profectionis phoenicis — cum exivit plebs post profectionem quae fiebat per Moysen usque Amman trans Jordanem, prophetia quae facta est a Moyse in libro Deuteronomio, qui vocavit ad se Jesum filium Deut. XXXI, 1 sq. Nave hominem probatum Domino, ut sit successor plebi et scenae testimonii cum omnibus sanctis illius, ut et inducat plebem in terram datam XII tribubus eorum, ut detur illis per testamentum et per iusiurandum quod Deut. XXXI, 23 sq. locutus est in scena dare per Jesum, dicendo ad Jesum verbum hoc: „Promitte secundum industriam tuam, omnia quae mandata sunt ut facias, quemadmodum sine querella est. ideo haec dicit Dominus orbis terrarum. creavit enim orbem terrarum propter plebem suam, et non cepit eam inceptionem creatura. et ab initio orbis terrarum palam fecit, ut in

I. 3. secundum. cod. secus. 4. 5. [millesi]mus et [millesi]mus et [quingentesi]mus. cod. . . . mus· et· . . mus et· . . . . mus, i. e. Mmus et Mmus et CCCmus. tres lacunae minio scriptae fuisse videntur, secundam numero XX, tertiam numero CCC supplere voluit Ceriani. 5. phoenicis. cod. fynicis. 6. Moysen. cod. mosysen. 7. prophetia. cod. profetiae. — Moyse. cod. mosysen. 8—p. 100, 4. qui vocavit—testamenti illius. Acta Syn. Nicaen. II, 18. p. 28: *μέλλων ὁ προφήτης Μωϋσῆς ἐξιέναι τοῦ βίου, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ Ἀναλήψεως Μωϋσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν ἔφη Καὶ προεθεάσατό με ὁ θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναί με τῆς διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην.* 10. scenae. cod. scene. 11. XII tribubus. cod. ex tribus. 13. per Jesum (cf. c. 2 p. 100, 13). cod. de Jesum. 14. Promitte. cod. et promitte. — secundum cod. secus. 15. querella. cod. quaerellam. *καθὼς ἄμεμπτόν ἐστιν.* 17. cepit. cod. coepit. 18. creatura. cod. creaturae. — fecit. cod. facere.

ea gentes arguantur et humiliter inter se disputationibus arguant se. itaque excogitavit et invenit me, qui ab initio orbis terrarum praeparatus sum, ut sim arbiter testamenti illius. et nunc palam facio tibi, quia consummatum est tempus annorum vitae meae, et transeo in dormitionem patrum meorum. et palam omnem plebem [doce. tu] autem percipe scributuram hanc ad recognoscendam tutationem librorum, quos tibi tradam, quos ordinabis et cedrabis et repones in vasis fictilibus in loco quem fecit ab initio creaturae orbis terrarum, ut invocetur nomen illius usque in diem paenitentiae, in respectu quo respicit illos Dominus in consummatione exitus dierum. II. [nunc autem] intrabunt per te in terram quam decrevit et promisit dare patribus eorum, in qua tu benedices et dabis unicuique et stabilibis eis sortem in ea et constabilibis eis regnum et magisteria locorum dimittes illis, secundum quod placebit Domino eorum in iudicio et iustitia. [illi] autem postquam intrabunt in terram suam annos . . et postea dominabitur a principibus et tyrannis per XVIII et XVIIII annos. abrumpent tribus X. nam descendent tribus duae et transferent scenam testimonii. tunc Deus caelestis faciet palam scenae suae et ferrum sanctuarii sui. et ponentur duae tribus sanctitatis — nam X tribus stabilient sibi secundum ordinationes suas regna — et adferent victimas per annos XX, et VII circumvallabunt muros, et circumibo VIIII. et adcedent ad testamentum Domini et finem polluent, quem fecit Dominus cum eis, et im-

I. 1. ea. cod. eam. 4. nunc. cod. tunc. 5. transeo. cod. transio. 8. tutationem i. e. *βεβαίωσιν*. 9. cedrabis (*κεδρώσεις*) c. M. Schmidt, chedriabis cod. — repones. cod. reponis.

II. 15. benedices. cod. benedicis. 16. in ea. cod. in me. Merxius: in medio. 16. 17. et magisteria locorum dimittes illis, secundum Lipsium: *καὶ* [*τὰς*] *τοπαρχίας ἀποτάξεις αὐτοῖς*. 17. secundum. cod. secus. 19. annos . . et postea. A. de Gutschmid legere suasit: annos VII (cf. Jos. XIV, 10), postea. 20. abrumpent. cod. abrumpens. 21. tribus. cod. tib· — transferent. cod. transferunt. 22. scenam testimonii c. Lipsio. cod. scenae testimonium. — faciet. cod. fecit. — palam. post hoc voc. Merxius excidisse censuit voc. zelum. 23. ferrum. fort. fanum, Merxius coniecit: iram. 25. secundum. cod. secus. 28. finem, i. e. *ὁρισμόν*.

molabunt natos suos diis alienis et ponent idola scenae servientes illis. et in domo Domini facient sceleste et sculpent omnium animalium idola multa.

III. Illis temporibus veniet illis ab oriente rex, et teget equitatu terram eorum et incendet coloniam eorum igne cum aede sancta Domini et sancta vasa omnia tollet et omnem plebem eiciet et ducet illos in terram patriae suae et duas tribus ducet secum. tunc invocabunt duae tribus X tribus et rugient ut leaena in campis, pulverati, esurientes et sitientes cum infantibus nostris et clamabunt: „Justus et sanctus Dominus, quia enim vos peccastis, et nos pariter adducti sumus vobiscum.“ tunc plorabunt X tribus audientes inproperia verborum tribuum duarum et dicent: „Quid faciemus vobis, fratres? nonne in omnem domum Istrahel advenit thlibsis haec?“ et omnes tribus plorabunt clamantes in caelum et dicentes: „Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob, reminiscere testamentum tuum, quod factasti cum eis, et iusiurandum quod iurasti eis per te, ne u*m*quam deficiat semen eorum a terra, quam dedisti illis.“ tunc reminiscentur me illo die dicentes tribus ad tribum et homo ad proximum suum: „Nonne hoc est, quod testabatur nobiscum Moyses in prophetiis, qui multa passus est in Aegypto et in mari rubro et in eremo annis XL? testatus et invocabat nobis testes caelum et terram, ne praeteriremus Deut. XXXII, 1 sq.
mandata illius, in quibus arbiter fuit nobis, quae advenerunt nobis de isto secundum verba ipsius et secundum adfirmationem ipsius, quo modo testatus est nobis temporibus illis, et quae convenerunt usque nos duci captivos in partem orientis.“ qui et servient circa annos LXXVII.

II. 3. omnium. cod. omnem. III. 4. coloniam. cod. colonia. 5. equitatu c. Merxio, equitatus cod. 7. ducet. cod. ducit. 9. rugient. cod. ducent se. — leaenae. cod. liena. 13. 14. tribuum. cod. tribum. 15. istrahel cod. (ita meliores codd. Justin. XXXVI, 2, 3 praebere asseruit A. de Gutschmid). — thlibsis cod. clibsis. 22. ad proximum suum. cod. de proximo suo. 23. prophetiis. cod. profetis. 24. eremo. cod. heremo. 26. arbiter, i. e. *μεσίτης*, cf. c. 1 p. . .. 27. 28. secundum (bis). cod. secus.

IV. Tunc intrabit unus, qui supra eos est, et expandet manus et ponet genua sua et orabit pro eis dicens: „Domine omnipotens, rex in alta sede, qui dominaris saeculo, qui voluisti plebem hanc esse tibi plebem hanc exceptam, tunc voluisti invocari eorum Deus secundum testamentum, quod fecisti cum patribus eorum? et ierunt captivi in terram alienam cum uxoribus et natis suis et circa ostium allophylorum, et ubi est maestitia magna. respice et miserere eorum, Domine caelestis.“ tunc reminiscetur Deus eorum propter testamentum, quod fecit cum patribus illorum, et palam faciet misericordiam suam temporibus illis. et mittet in animam regis, ut misereatur eorum, et dimittet illos in terram eorum et regionem. tunc ascendent aliquae partes tribuum et venient in locum constitutum suum et circumvallabunt locum renovantes. duae autem tribus permanebunt in praeposita fide *sua* tristes et gementes, quia non poterunt referre immolationes Domino patrum suorum. et X tribus crescent et devenient apud natos in tempore tribulationis.

V. et cum adpropiabunt tempora arguendi, et vindicta surget ad reges participes scelerum et punientes eos, et ipsi dividentur ad veritatem propter quod factum fuit: „devitabunt iustitiam et accedent ad iniquitatem et contaminabunt inquinationibus domum servitutis suae,“ et quia fornicabunt post Deos alienos. non enim sequentur veritatem Dei, sed quidam altarium inquinabunt de [iis] muneribus, quae inponent Domino, qui non sunt sacerdotes, sed servi de servis nati. qui enim magistri sunt doctores eorum illis temporibus, erunt mirantes personas cupiditatum et acceptiones munerum

IV. 1. intrabit. cod. intrauit. 2. expandet. cod. expandit. — ponet. cod. ponit. — orabit. cod. orauit. 3. omnipotens. cod. omnis. 4. tunc. cod. tunc. 6. secundum. cod. secus. 8. allophylorum. cod. allofilorum. — 9. maestitia c. Merxio, maiestas cod. 10. reminiscetur. cod. reminiscitur. 12. suam. cod. suam et. 13. misereatur. cod. misereator. — dimittet. cod. dimittit. 18. poterunt. cod. poterint. 19. patrum. cod. patruum. 20. tribulationis. cod. tribum.

V. 22. surget. cod. surgit. — ad. cod. de. 25. inquinationibus. cod. in genationibus.

et pervendent iustitias accipiendo poenas. et ideo implebitur colonia et finis habitationis eorum sceleribus et iniquitatibus. (a Deo ut qui facit erunt impii iudices erunt in eam post fines habitationis sceleribus et iniquitatibus). a Domino qui faciunt erunt impii iudices, ii erunt in campo iudicare quomodo quisque volet.

VI. Tunc exsurgent illis reges imperantes, et in sacerdotes summi Dei vocabuntur facientes impietatem ab sancto sanctitatis. et succedet illis rex petulans, qui non erit de genere sacerdotum, homo temerarius et improbus, et iudicabit illis quomodo digni erunt. qui elidet principales eorum gladio et locis ignotis sepeliet corpora illorum, ut nemo sciat ubi sint corpora illorum. occidet maiores natu et iuvenes et non parcet. tunc timor erit illius acerbus in eis in terra eorum et faciet in eis iudicia, quomodo fecerunt in illis Aegyptii, per XXX et IV annos et punibit eos. et producet natos succedentes sibi breviora tempora, donec in partes eorum hostes venient et occidentis rex potens, qui expugnabit eos et ducet captivos et partem aedis ipsorum igne incendet, aliquos crucifiget circa coloniam eorum.

VII. ex quo facto finientur tempora momento. [fini]etur cursus a[nnorum], horae IIII venient, cogentur secul[i septim]ae [septem] pos[tremae ab] initiis tribulationis ad exitus. VIIII prope initium, tres septimae

V. 1. poenas i. e. τιμάς. 2. habitationis. cod. habitationes. 3. 4. a Deo ut qui—et iniquitatibus. haec plane corrupta sunt et e repetitione orta esse videntur. 5. qui. cod. ius qui? cf. l. 3 ut qui. — ii erunt. cod. inerunt. 6. quisque. cod. quisquae.

VI. 7. exsurgent. cod. exurgent. 8. facientes. cod. facient facientes. 9. succedet. cod. succedit. 11. elidet. cod. elidit. 12. sepeliet. cod. singuli et. 13. occidet. cod. occidit. 14. acerbus. cod. aceruus. — terra. cod. terram. 16. Aegyptii. cod. aegypti. sed dubia vestigia correctionis *aegyptii* adesse testatur Ceriani. — punibit. cod. puniunt. — producet. cod.: . . rod*in*cit. 17. succedentes. cod.: . . . e*ce*dentes. — donec. cod. donarent. — partes c. A. de Gutschm., pares cod. 18. hostes. c. A. de Gutschmid, mortis cod., cortes (cohortes) M. Schmidt. — occidentis. cod. occidentes. — qui. cod. quia. 19. ducet. cod. ducent. 20. igne. cod. igni. — incendet. cod. incendit. — crucifiget. cod. crucifigit.

VII. 22—p. 104, 1. fini]etur—h[o]ra[e IV]tae. cod.: . . . . etur cursus *a* . . . . horae ·IIII· *veniant* coguntur secu*n* . . . . . . ae . . . . pos . . . . . . initiis tribus ad exitus. VIII*I* propte*r* initium tres septimae secunda tria *in* tertia duae *h* . . r . . tae.

secunda, tria *in* tertia, duo h[o]ra[e IV]tae. et regnabunt dehinc homines pestilentiosi et impii, dicentes se esse iustos. et hi suscitabunt iram animorum suorum. qui erunt homines dolosi, sibi placentes, ficti in omnibus suis et omni hora diei, amantes convivia, devoratores gulae s[ervie]n[tes] *ca* . . . . *nus diis* . . . . omnis . . . . u . . . . o . . . . *rae* . . . . . *elentes* . . . . . *rum* bonorum *c*om*e*stores dicentes se *haec* fac*e*re propter misericordiam *qu* . . . se *et* exterminatores quaeru . . . fallaces celantes se ne possent cognosci impii, in scelere pleni et iniquitate ab oriente usque ad occidentem dicentes: „Habebimus discubitiones et luxuriam edentes et bibentes *et pu*tavimus nos tamquam pr*incip*es erimus.“ et manus eorum et mentes *inmu*nda tractante*s*, *e*t os eorum loquetur ingentia et *su*per dicent: „N*oli* . . . . *t*ange, n*e* inquin*es* me *l*oco *in quo* . . . s . . . . . . is d . . . . su . . . . . *us* . . . . . in . . . . *re* . . . . *raui* . . . . in plebem quae *s* . . *a* . . illis.

VIII. *et* [ci]*ta* [ad]veniet in eos ultio *et* ira, quae talis non fuit in illis a saeculo usque ad illud tempus, in quo suscitabit illis regem regum terrae et potestatem a potentia magna, qui confitentes circumcisionem in cruce suspendet. nam negantes torquebit et tradet duci vinctos in custodiam. et uxores eorum diris donabuntur gentibus, et filii eorum pube secabuntur a medicis, pubis inducent acrobystiam illis. nam illi in eis punientur in tormentis et igne et ferro et cogentur palam baiulare idola eorum inquinata quomodo sunt pariter continentibus ea et a torquentibus illos pariter cogentur intrare in abditum locum eorum et cogentur stimulis blasphemare verbum contumeliose, novissime post haec et leges quod haberent supra altarium suum.

VII. 1. regnabunt c. A. de Gutschmid, regnarunt. cod. 2. dehinc. cod. de his. — dicentes. cod. docentes. 6. s[ervie]n[tes. cod. . . , n . . . exhibet.

VIII. 20. illud. cod. illum. 21. suscitabit. cod. suscitavit. 22. suspendet. cod. suspendit. 23. negantes. cod. necantes. — tradet. cod. tradidit. 24. diris emendavi, diis cod., dominis Merxius. 25. pube secabuntur. cod. pueri secabantur. — pubis inducent c. M. Schmidt, pueri inducere cod. — acrobystiam. cod. acrosisam. 30. blasphemare. cod. blasfemare.

IX. Tunc illo dicente homo de tribu Levi, cuius nomen erit *TΞE*, qui habens VII filios dicet ad eos rogans: „Videte, filii, ecce ultio facta est in plebe altera crudelis inmunda, et traductio sine misericordia et eminent principatum. quae enim gens aut quae regio, aut quis populus impiorum in Dominum, qui multa scelesta fecerunt, tanta mala passi sunt, quanta nobis contigerunt? nunc ergo, filii, audite me. videte enim et scite, quia numquam temptarunt Deum nec parentes nec proavi eorum, ut praetereant mandata illius. scitis enim quia haec sunt vires nobis. et hoc faciemus: ieiunemus triduo, et quarto die intremus in speluncam, quae in agro est, et moriamur potius quam praetereamus mandata Domini dominorum, Dei parentum nostrorum. hoc enim si faciemus et moriemur, sanguis noster vindicabitur coram Domino.“

X. et tunc parebit regnum illius in omni creatura illius. et tunc zabulus finem habebit, et tristitia cum eo abducetur. tunc implebuntur manus nuntii, qui est in summo constitutus, qui protinus vindicabit illos ab inimicis eorum. [exsur]get enim caelestis a sede regni sui et exiet de habitatione sancta sua cum indignatione et ira propter filios suos, et tremebit terra, usque ad fines suas concutietur, et alti montes humiliabuntur et concutientur, et convalles cadent, sol non dabit lumen, et in tenebris convertent se cornua lunae et confringentur, et tota convertet se in sanguinem, et orbis stellarum conturbabitur, et mare usque ad abyssum decedet, et fontes aquarum deficient, et flumina expavescent. quia

IX. 1. dicente cod., fort. vincente. —Levi. cod. leuui. 2. *TΞE*. cod. taxo. — dicet. cod. dicens. 4. immunda cod., in mundo? admodum? 4. 5. eminent principatum i. e. *ὑπερέχουσι τὴν ἀκμήν* (*ἀρχήν*?). 6. Dominum. cod. domum. 7. contigerunt. cod. contegerunt. 9. temptarunt. cod. temptans. graece scriptum esse videtur *ἠρεύνησαν* vel *ἀνεζήτησαν*. 10. ut i. e. *ὥστε*. 12. speluncam. cod. spelunca. 15. vindicabitur. cod. vindicauitur.

X. 17. zabulus, i. e. *διάβολος*, cf. Lactant. de mortt. persecutt. c. 16. — tristitia cod. tristitiam. 18. abducetur. cod. adducetur. 19. vindicabit. cod. vindicauit. 21. indignatione. cod. indignationem. — ira. cod. iram. 25. tenebris cod., tenebras? — confringentur. cod. confrigentur. 26. convertet. cod. convertit. sanguinem. cod. sanguine. 27. conturbabitur. cod. conturuauitur. — decedet. cod. decedit. 27. 28. et fontes. cod. ad fontes.

exsurget summus Deus aeternus solus et palam veniet, ut vindicet gentes, et perdet omnia idola eorum. tunc felix eris tu, Istrahel, et ascendes supra cervices et alas aquilae, et inplebuntur, et altabit te Deus et faciet te haerere caelo stellarum loco habitationis eorum et conspicies a summo et videbis inimicos tuos in terra et cognosces illos et gaudebis et ages gratias et confiteberis creatori tuo.

iam tu, Jesu Nave, custodi verba haec et hunc librum. erunt enim a mea receptione usque ad adventum illius tempora CCL, quae fient. *et hic* cursus [est] horum quem conveniunt, donec consummentur. ego autem ad dormitionem patrum meorum eam. itaque te, Jesu Nave, formate elegit Deus, esse mihi successorem eiusdem testamenti.“

XI. Et cum audisset Jesus verba Moysi, tam scripta in sua scriptura, omnia quae praedixerat, scidit sibi vestimenta et procidit ad pedes Moysis et precatus est cum Moyse et ploravit cum eo. et respondit illi et dixit Jesus: „Quid me celares, domine Moyse, et quo *g*enere celabor de qua locutus es voce acerba, quae exivit de ore tuo, quae est plena lacrimis et gemitibus, quia tu discedis de plebe ist . . . . . . quis locus recipiet . . . . te? aut quod erit monumentum sepulturae? aut quis audebit corpus tuum transferre inde, ut hominis de loco in locum? omnibus enim morientibus secundum aetatem sepulturae suae sunt in terris. nam tua sepultura: ab oriente sole usque ad occidentem, et ab austro usque ad fines aquilonis omnis orbis terrarum sepulcrum est

X. 1. exsurget. cod. exurgit. 4. altabit. cod. altauit. — haerere. cod. herere. 5. conspicies. cod. conspi*g*es. 6. videbis. cod. vides. — terra. cod. terram. 7. ages. cod. agis. 8. iam. cod. nam. 9. mea. cod. morte (cf. XI p. 106, 16 meos pro Moysis). — receptione. cod. receptione*m*. 10. fient. cod. fiunt. 12. eam. cod. eram. — te. cod. tu. — forma te (probatum?) cod. A. de Gutschmid, coniecit: firma te, te elegit etc.

XI. 14. tam i. e. οὕτως. 15. praedixerat. cod. praedixerant. 16. Moysis. cod. meos. — precatus. cod. hortatus. 17. Moyse. cod. monse. 18. Moyse. cod. monse. 19. es. cod. est. — acerba. cod. acerua. — quae. cod. que. 21. recipiet. cod. recipit. 23. audebit. cod. audeuit. — transferre. Ceriani: tra*ns*ferre. — inde ut c. A. de Gutschmid, in *cut* cod. — hominis. homo cod. 24. secundum. cod. secus.

tuum, domine abhinc. et quis nutriet plebem istam? aut quis est qui miserebitur illis? et quis eis dux erit in via? aut quis orabit pro eis nec pati*ens* ne uno quidem die, ut inducam illos in terram Araborum? quomodo ego potero plebem hanc tamquam pater unicum filium, aut tamquam filiam dominam virginem, quae paratur tali viro, quae timebat, corpus custodiens eius a sole et ne excalceati pedes eius ad currendum supra terram . . . . . ad voluntatem eorum praestabo illis cibum, et potum secundum voluntatem voluptatis eorum . . . . . *e*nim illorum erant DC millia. nam isti in tantum increverunt in tuis orationibus, domine Moyse. et quae est mihi sapientia aut intellectus in domo . . . . verbis aut iudicare aut respondere? sed et reges Amorreorum cum audierint, expugnabunt nos credentes iam non esse semet sacrum spiritum dignum Domino, multiplicem et incomprachensibilem Dominum verbi fidelem in omnia divinum per orbem terrarum prophetem consummatum in saeculo doctorem iam non esse in eis dicent: „Eamus ad eos. si inimici impie fecerunt semel adhuc in Dominum suum, non est defensor illis, qui ferat pro eis praeces Domino, quomodo Moyses erat magnus nuntius, qui singulis horis, diebus et noctibus habebat genua sua infixa in terra orans et intuens omnipotentem orbis terrarum, cum misericordia et iustitia, reminiscens testamentum parentum et iureiurando placando Dominum.“ dicent enim: „Non est ille cum eis. eamus itaque et confundamus eos a facie terrae.“ quid ergo fiet plebi isti, domine Moyse?“

XI. 1. abhinc. cod. ab his. — nutriet. cod. nutrit. 4. die. cod. diem. 5. ego c. M. Schmidt, ergo cod. 7. quae timebat i. e. ἁγνή. B. Weiss bene contulit 2 Cor. XI, 2. 8. excalceati. cod. scalciati. 9. ad. cod. de. — cibum. cod. ciborum. 9. 10. potum secundum. cod. potui secus. 10. voluptatis c. Merxio, uoluntatis cod. 11. DC. cod. C. — increverunt. cod. qui creverunt. 12. Moyse. cod. monse. 15. expugnabunt. cod. expugnare. — semet i. e. ἑαυτοῖς. 18. prophetem. cod. profetem. 19. dicent. cod. dicesn. 22. Moyses. cod. monse. 24. omnipotentem. cod. homini potentem. — orbis. cod. orbem. 27. facie. cod. faciae. 28. quid. cod. quod. — isti. Ceriani *isti*. — Moyse. cod. monse.

XII. Et postquam finivit verba Jesus, iterum procidit ad pedes Moysi. et Moyses prendit manum ipsius et erexit illum in cathedra ante se. et respondit et dixit illi: „Jesu, te ne contemnas, sed praebe te securum et adtende verbis meis. omnes gentes quae sunt in orbe terrarum Deus creavit et nos praevidit, illos et nos ab initio creaturae orbis terrarum et ad exitum saeculi. et nihil est ab eo neglectum usque ad pusillum, sed omnia praevidit et provovit cum eis. [nam] Dominus omnia quae futura essent in hoc orbe terrarum providit, et *ecce* adfertur. [Altissimu]s *me* constituit pro eis et pro peccatis eorum . . . . . . et in . . *cc*are . . pro eis. non enim propter meam virtutem aut infirmitatem, sed temperantia misericordiae ipsius et patientia contigerunt mihi. dico enim tibi, Jesu, non propter pietatem plebis huius exterminabis gentes. omnia *caeli* firmamenta orbis facta ut probata a Deo et sub annulo dexterae illius sunt. facientes itaque et consummantes mandata Dei crescunt et bonam viam exigunt. nam peccantibus et neglegentibus mandata carebunt bona quae praedicta sunt, et punient*ur* a gentibus multis tormentis. nam in totum exterminet et relinquat eos fieri non potest. exivit enim Deus, qui praevidit omnia in saecula, et stabilitum est testamentum illius. et iureiurando quod . . . .

Fragmenta.

I. Mosis exitum secundum Mosis Assumptionem descripsit Clemens Alexandrinus Strom. VI, 15, 132

XII. 2. Moysi. et Moyses. cod. monsi et monse. 4. 3. Jesu, te. cod. iesus· et. 4. contemnas. cod. contemnes. 5. orbe. cod. ore. 7. et ad c. A. de Gutschmid, ut ad cod., usque ad ipse conieceram. 9. eis. [nam] Dominus. cod. *eis* . . *dns* (vel deus). 10. adfertur. cod. aufertur. graece προσφέρεται. 10. 11. me constituit. Ceriani: *me* constituit. 11. 12. cod. in . . *cc*arre. literas omissas Ceriani *to* vel *lo* legit. 13. temperantia. cod. temperantius 14. contigerunt. cod. contegerunt. 15. 16. cod. omnia *caeli* firmamenta or*bis* *fac*ta ut p*r*ouata. 17. annulo (cf. Agg. II, 24) c. A. de Gutschmid et B. Weiss, nullo cod. 19. cod. neglegentibus. — carebunt. cod. carere. — bona. cod. bona*m*.

p. 806 sq.: *εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωϋσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς Ναυῆ, καὶ τὸν μὲν μετ' ἀγγέλων, τὸν δὲ ἐπὶ τὰ ὄρη περὶ τὰς φάραγγας κηδείας ἀξιούμενον. εἶδεν δὲ Ἰησοῦς τὴν θέαν ταύτην κάτω πνεύματι ἐπαρθεὶς σὺν καὶ τῷ Χαλέβ, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἄμφω θεῶνται, ἀλλ' ὁ μὲν καὶ θᾶττον κατῆλθεν, πολὺ τὸ βρῖθον ἐπαγόμενος, ὁ δὲ ἐπικατελθὼν ὕστερον τὴν δόξαν διηγεῖτο ἣν ἐθεᾶτο διαθρῆσαι δυνηθεὶς μᾶλλον θατέρου, ἅτε καὶ καθαρώτερος γενόμενος, δηλούσης, οἶμαι, τῆς ἱστορίας, μὴ πάντων εἶναι τὴν γνῶσιν· ἐπεὶ οἱ μὲν τὸ σῶμα τῶν γραφῶν, τὰς λέξεις καὶ τὰ ὀνόματα, καθάπερ τὸ σῶμα τὸ Μωϋσέως προσβλέπουσιν, οἱ δὲ τὰς διανοίας καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὀνομάτων δηλούμενα, τὸν μετὰ ἀγγέλων Μωϋσέα πολυπραγμονοῦντες.*

Evodius epi. ad Augustinum (inter Augustinianas CCLIX): „quamquam et in apocryphis et in secretis ipsius Moysi, quae scriptura caret auctoritate, tunc quum ascenderet in montem ut moreretur, vi corporis efficitur, ut aliud esset quod terrae mandaretur, aliud quod angelo comitanti sociaretur."

II. Michaelis et diaboli litem de corpore Mosis narravit Oecumenius in epi. Judae p. 348: *ἡ δὲ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος κρίσις ἐστὶν αὕτη· λέγεται τὸν Μιχαὴλ τὸν ἀρχάγγελον τῇ τοῦ Μωϋσέως ταφῇ δεδιηκονηκέναι. τοῦ γὰρ διαβόλου τοῦτο μὴ καταδεχομένου, ἀλλ' ἐπιφέροντος ἔγκλημα διὰ τὸν τοῦ Αἰγυπτίου φόνον, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Μωϋσέως, καὶ διὰ τοῦτο μὴ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τυχεῖν τῆς ἐννόμου ταφῆς.*

Judae epi. v. 9: *ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησεν κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλὰ εἶπεν Ἐπιτιμήσει σοι κύριος.*

Didymus Alex. in epi. Judae (T. IV. Biblioth. Patrum p. 326): „licet adversarii huius contemplationis praescribunt praesenti epistolae et Moyseos assumptioni propter eum locum, ubi significatur verbum archangeli de corpore Moysis ad angelum factum."

Acta Synodi Nic. II, 20. p. 33. *Ἐν βιβλίῳ δὲ Ἀναλήψεως Μωϋσέως Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ λέγει· Ἀπὸ γὰρ πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ πάντες ἐκτίσθημεν. καὶ πάλιν λέγει Ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο.* philosophus respondet: *περὶ δὲ τῆς ῥηθείσης Ἀναλήψεως Μωϋσέως, περὶ ἧς ἀρτίως εἰρήκατε, οὐδὲ ἀκήκοά ποτε εἰ μὴ νῦν, ὅθεν αἰτῶ ὑμᾶς σαφεστέραν μοι τῶν λεχθέντων παραστῆσαι τὴν σύστασιν.*

Origenes de princ. III, 2, 1 (Opp. I, 138): et primo quidem in Genesi serpens Evam seduxisse describitur, de quo in Ascensione Moysi, cuius libelli meminit in epistola sua apostolus Judas, Michael archangelus cum diabolo disputans de corpore Moysi, ait, a diabolo inspiratum serpentem causam exstitisse praevaricationis Adae et Evae.

ADNOTATIONES

ad Mosis Assumptionem.

I. p. 99, 2. 3. *qui est bis millesimus et quingentesimus annus a creatura orbis terrae.* Clemens Alexandrinus Strom. I, 21, 141 p. 404 Eupolemum Judaeum computasse retulit *ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι τοῦ πέμπτου ἔτους Δημητρίου βασιλέως, Πτολεμαίου τὸ δωδέκατον* (*δεύτερον*?) *βασιλεύοντος Αἰγύπτου* 5149 annos, *ἀφ' οὗ δὲ χρόνου ἐξήγαγε Μωϋσῆς τοὺς Ἰουδαίους ἐξ Αἰγύπτου ἐπὶ τὴν προειρημένην πραγματείαν* annos 2580. itaque Eupolemus anno mundi conditi 2569 Israelitas ex Aegypto emigrasse, Mosen autem a. m. c. 2609 mortuum esse statuit. Jubilaeorum liber s. parva Genesis anno 2450 post mundum conditum, vel 50 iubilaeis praeterlapsis, Mosem mortuum esse tradidit, cf. Dillmannum in Ewaldii Jahrbb. d. bibl. Wissenschaft III. p. 76 sq. Josephus (Ant. VIII, 3, 1) ab Adamo usque ad templum Salomonis aedificatum 3104 annos computavit. subtractis igitur 552 annis, ante quos Moses mortuus ponitur, efficiuntur 2552 anni post mundum conditum. causam, cur ille qui Mosis Assumptionem conscripsit 2500 annos statuerit, ipse sequentibus addidit.

p. 99, 3—5. *nam secundum qui in oriente sunt numerus* [*millesi*]*mus et* [*mille*]*simus profectionis phoenicis.* ita mihi restituenti assenserunt amici Kilonenses, hunc librum in occidente, et Romae quidem, si coniicere licet, conscriptum esse, cf. Clem. Rom. I, 25 p. 30, 2 sq. *ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς τόποις.* sed neque numerum neque phoenicem avem probaverunt. A. de Gutschmid ita restituere non dubitavit: „nam secundum qui in oriente sunt numeros CCCCmus et VIImus et XXXmus profectionis Phoenices, cum exivit plebs.“ „annum“ e praecedentibus facile intelligi. „Die profectio Phoenices, *ἡ ἐπὶ Φοινίκης πορεία*, ist die Wanderung Abrahams nach Kanaan (cf. Exod. XII, 40 LXX. Gal. III, 17. Joseph. Ant. VI, 15, 2). Der Verf. beruft sich also auf die Zählungsweise der im Osten lebenden Juden, welche die Zahl vielleicht durch eine Ausdeutung von Num. XIII, 23 (*καὶ Χεβρὼν ἑπτὰ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη πρὸ τοῦ Τανὶν Αἰγύπτου*) begründeten. Die den LXX und Josephus fremde Uebersetzung von Kanaan mit *Φοινίκη* findet sich in dem nämlichen Zusammenhange bei Eupolemos (apud Euseb. praepar. ev. IX, 17, 2: *τοῦτον δὲ διὰ τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ εἰς Φοινίκην ἐλθόντα*). Dass übrigens «bis millesimus» jemals durch M et M ausgedrückt worden sein sollte, ist nicht wohl denkbar.“ sed quid tandem impedit, quin talem interpretem vel scribam numerum *͵βφ'* vel *δισχιλιοστὸς καὶ πεντακοσιοστός* primum reddidisse „bis millesimus et quingentesimus“ (l. 2) tum abbreviasse: „Mmus et Mmus et quingentesimus,“ censeamus? eundem autem numerum quem supra hic exstitisse iam ex omisso voc. „annus“ concludo. „profectionem phoenicis“ mutare nolo neque credo, scriptorem hic iam desiisse inde a creatura orbis terrae computare, aut scribam numerum VIImum ante XXXmum posuisse. proprii computi rationem scriptor non addidisset, si haec inde ab Abraami migratione numerasset. procul dubio inde a mundo condito etiam aliud factum computavit, quod Mosis assumptioni respondeat. haec autem est avis illius mira profectio, cuius similitudinem

Mosis exitus praebere videbatur. Moses tamquam phoenix assumitur. cf. etiam quae ad c. 10 p. 106, 8 sq. notanda et supra p. 85 notata sunt.

p. 99, 16. 17. *creavit enim orbem terrarum propter plebem suam.* cf. 4 Esr. VI, 55. 56. VII, 11. XIV, 31.

p. 99, 18—p. 100, 2. *et ab initio orbis terrarum palam fecit, ut in ea gentes arguantur et humiliter inter se disputationibus arguant se.* Lipsius haec ita graece reddidit: *καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἀπεκάλυψε, ὅτι ἐν αὐτῷ ἔθνη κριθήσονται* (vel *ἐλεγχθήσονται*) *καὶ ταπεινωθήσονται* (humilientur), *μεταξὺ ἀλλήλων τῶν διαλογισμῶν κατηγορούντων αὐτά.* idem vir doctus bene contulit Rom. II, 15 *καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων.* de iudicio futuro agitur. et ipse puto, Paulo apostolo Mosis Assumptionem iam innotuisse.

p. 100, 2—4 (cf. c. 3 p. 101, 26). graece: *καὶ προεθεάσατο με ὁ θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναί με τῆς διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην.* Paulus in epistula ad Galatas, quam exeunte fere a. 55 conscripsit, III, 19. 20 Mosem *τὸν μεσίτην* appellavit.

p. 100, 8. 9. *librorum quos tibi tradam, quas ordinabis et cedrabis et repones in vasis fictilibus.* cf. Plinii HN. XIII, 13: libri cedrati.

p. 100, 9—11. *in loco quem fecit ab initio orbis terrarum, ut invocetur nomen illius usque in diem poenitentiae.* templi locus sanctus habetur usque ad diem iudicii (cf. c. 10 p. 105, 15 sq.), id quod post templum a Romanis deletum scriptum esse nequit.

II. p. 100, 19—21. *et postea dominabitur a principibus et tyrannis per XVIII et XIX annos. abrumpent tribus X.* bene A. de Gutschmid: „Den Schlüssel giebt das Buch Henoch, wo Stunden und Herrscherzeiten gleichgesetzt werden. Die 18 Jahre sind die Herrscherzeiten des Josua, der 12 Richter, Eli, Samuel, Saul, David, Salomo, zusammen 18 Herrscher. Die 19 Jahre des Abfalls der 10 Stämme sind die Zeiten der 19 Könige von Israel von Jerobeam bis auf Hosea.“ cf. c. 7 p. 103, 22: horae IIII.

p. 100, 25. 26. *et adferent victimas per annos XX.* haec ad XX Judaeorum reges, inter quos etiam Athalia regina numerari poterat, spectare bene monuit Lipsius.

p. 100, 26. 27. *et VII circumvallabunt muros,* — i. e. res Judaeorum augebunt septem illi reges: Rehabeamus, Abia, Assa, Josaphatus, Joramus, Ahasja et Athalja regina — *et circumibo VIIII,* i. e. tuebor novem reges sequentes: Joasum (quamvis a Syris devictum), Amaziam, Usiam, Jothamum, Ahasum, Hiskiam, Manassen, Amonum, Josiam. reliqui reges ultimi: Joahasus, Joiakimus, Joachinus, Zedekia iam subditi erant Aegyptiis et Chaldaeis.

p. 101, 2. 3. *et sculpent omnium animalium idola multa.* cf. Ezech. VIII, 10.

III. p. 101, 4. *ab oriente rex,* i. e. Nebucadnezarus.

p. 101, 30. 31. *qui et servient circa annos LXXVII.* huius servitutis annos consulte LXXVII, non LXX designari monuit A. de Gutschmid. nam huius libri scriptor illis LXX annis, quos iam Daniel IX, 24 sq. annorum hebdomades interpretatus est, in novissimis temporibus addidit VII hebdomades (c. 7 p. 103, 23). ceterum idem numerus etiam in Jesu genealogia apud Luc. III, 23 sq. reperitur.

IV. p. 102, 1 sq. *tunc intrabit unus, qui super eos est* etc. cf. orationes Danielis (IX, 4—19) et Esrae (4 Esr. VIII, 20—36).

p. 102, 19. 20. *et X tribus crescent et devenient apud natos in tempore tribulationis.* cf. 4 Esr. XIII, 39—47, quam prophetiam, me quidem iudice, hic scriptor iam novit.

V. p. 102, 24—26. „*devitabunt iustitiam et accedent ad iniquitatem et contaminabunt inquinationibus domum servitutis suae.*“ haec e libro aliquo apocrypho hausta esse videntur.

p. 102, 28. 29. *qui non sunt sacerdotes, sed servi de servis nati.* cf. quae Josephus Ant. XIII, 10, 5 de Eleazaro Pharisaeo narravit, qui Joannem Hyrcanum cohortatus est, ut pontificatum deponeret, *ὅτι, φησίν, ἀκούομεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, αἰχμάλωτόν σου γεγονέναι τὴν μητέρα βασιλεύοντος Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς.*

VI. p. 103, 7—9. *tunc exsurgent illis reges imperantes, et in sacerdotes summi Dei vocabuntur facientes impietatem ab sancto sanctitatis:* Maccabaei reges simul et sacerdotes, Aristobulus et successores.

p. 103, 9 sq. *et succedet illis rex petulans* etc. iam Ewaldius l. l. p. 3 sq. bene vidit, hic Herodem M. describi, cui plane conveniunt 34 anni (l. 16). nam rex quidem creatus est Herodes iam a. u. 714 (40 a. Chr.), sed non ante quam C. Sosius a. u. 717 (37 a. Chr.), Hierosolyma expugnavit, regnum vere assecutus est, quod usque ad mortem (a. 750 u. c., 4 a. Chr.) obtinuit. Josephus bell. iud. I, 33, 8: (Herodes) *τελευτᾷ, βασιλεύσας, ἀφ' οὗ μὲν ἀποκτείνας Ἀντίγονον ἐκράτησε τῶν πραγμάτων ἔτη, τέσσαρα καὶ τριάκοντα, ἀφ' οὗ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐδείχθη βασιλεύς, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα.* Ant. XVIII, 8 (10), 1. Herodem per XXXIV annos regnasse etiam Julius Africanus (Chron. in Routhii reliqq. sacr. T. II. p. 293 ed. II) tradidit.

p. 103, 16 sq. *et punibit eos. producet natos succedentes sibi breviora tempora, donec* etc. Herodis filii et successores erant Archelaus, Herodes Antipas et Philippus. A. de Gutschmid haec ita restituere voluit: „et punivit Deus Herodem, ut nato succedenti sibi breviora tempora donaret," sive scriptor ipse Mosis personam oblitus sit, sive interpres glossema margini adscriptum in textum receperit. ceterum „breviora tempora" ad solum Judaeae imperium referenda sunt.

p. 103, 17—20. *donec in partes eorum hostes venient et occidentis rex potens, qui expugnabit eos et ducet captivos et partem aedis ipsorum igne incendet, aliquos crucifiget circa coloniam eorum.* Ewaldius l. l. occidentis regem potentem Augustum intelligere voluit et paullo post Judae Gaulonaei rebellionem a. 6. p. Chr. hunc librum scriptum esse censuit. illam sententiam probavit, hanc repudiavit A. de Gutschmid. hoc loco me docuit accurate describi Judaeorum rebellionem a Varo Syriae praeside devictam. nam primo post Herodem mortuum anno exarsit illud bellum, quod פּולמוס של וריוס Judaei appellaverunt (cf. H. Grätz, Geschichte der Juden vom Tode Juda Makkabi's bis zum Untergange des jüd. Staats, Lips. 1863. p. 199 sq. 433 sq.). Varus, expugnatis Hierosolymis Sabinum ibi reliquit, contra quem Judaeos iterum rebellasse Josephus bell. iud. II, 3, 1 sq. Ant. XVII, 10, 1 sq. narravit. in quo tumultu ipsi templi porticus (pars aedis ipsorum) a Romanis incendio deleti, templi thesaurus direptus est. Varus autem cum exercitu subvenit, cuius filius Galilaeum domans *Σέπφωριν ἑλὼν τοὺς μὲν οἰκήτορας ἠνδραποδίσατο* (et ducet captivos), *τὴν δὲ πόλιν ἐνέπρησεν* (Joseph. Ant. XVII, 10, 10. bell. iud. II, 5, 1). ipse Varus legionem Hierosolymis obsessam liberavit et seditionis auctores e vicina regione conquisivit: *ἐγένοντο δὲ οἱ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν σταυρωθέντες δισχίλιοι* (aliquos circumfiget circa coloniam eorum).

VII. p. 103, 21 sq. *ex quo facto finientur tempora momento.* [*fini*]*etur cursus a*[*nnorum*], *horae* [IIII *venient, coge*]*ntur secul*[*i septim*]*ae* [*septem*] *pos*[*tremae ab*] *initiis tribulationis ad exitus.* VIIII *prope initium, tres septimae secunda, tria in (anni?) tertia, duo h*[*o*]*ra*[*e IV*]*tae.* totum hunc locum iam desperaveram. sed sagacissime subvenit A. de Gutschmid, qui ita restituit: „Et quo facto finientur tempora? momento qui dicetur (*τοῦ λεχθησομένου*) cursus a[evi. cum] horae IIII venient, coguntur (*ἐπάγονται*) seculi [septim]ae pos[tremae, ab] initiis thlibsis ad exitus, VIIII prope initium, tres septimae secunda, tria in tertia, duae h[o]ra[e quar]tae." qua viri doctissimi emendatione usus etiam magis codicem sequi volui et nonnulla mutavi. graeca ita restituo: *μετὰ ταῦτα εὐθέως* (cf. Matth. XXIV, 29 *εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων*) *τελεσθήσονται οἱ καιροί, τελεσθήσονται οἱ δρόμοι τῶν ἐτῶν, ἐλεύσονται τέσσαρες ὧραι, συσταλήσονται* (cf. 1 Cor. XV, 29 *ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν*, etiam Rom. IX, 29) *τοῦ αἰῶνος ἑπτὰ ἑβδομάδες αἱ ἔσχαται ἀπ' ἀρχῆς τῆς θλίψεως εἰς τέλος* (cf. 1 Thess. II, 16 *ἔφθασεν δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος*), *ἐννέα πως ἀρχή, τρεῖς ἑβδομάδες ἡ δευτέρα, τρία ἔτη ἡ τρίτη, δύο ἡ τετάρτη ὥρα.* etiam interpretationis fundamentum iecit A. de Gutschmid, inde a Judaea in provinciam Romanam redacta progressus. quem terminum et ipse recepi, tribulationis quidem, non septem hebdomadum ultimarum, quarum initium Vari bellum (a. 4 ante Chr.) censeo. „VIIII prope initium" vir clarissimus optime inter-

pretatus est: „Augustus nach der Verwandlung Judäa's in eine römische Provinz 6 n. Chr. bis an seinen Tod, der 14. Sept. 14 n. Chr. erfolgte, also im 9. Jahre nachher.“ haec erit ἡ ἀρχὴ τῆς ϑλίψεως. „tres septimae secunda.“ haec bene vidit A. de Gutschmid Tiberio imperatori (a. 14—37 p. Chr.) convenire, qui mortuus est, σχὼν αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμέρας τρεῖς καὶ πέντε μῆνας πρὸς ἐνιαυτῶν δύο καὶ εἴκοσιν (Joseph. Ant. XVIII, 6, 10, sex menses bell. iud. II, 9, 5). itaque Tiberius imperator tres annorum hebdomades paululum superavit, neque opus esse censeo, ut cum A. de Gutschmidio ita distinguamus: „tres septimae, secunda, $3 \times 7 + 2 = 23$). *tria in (anni?) tertia.*“ Caium Caligulam imperatorem (a. 38—41) acerrimum Judaeorum hostem, recte intellexit vir clarissimus, tres annos, decem menses, novem dies imperantem, vel secundum Josephum bell. iud. II, 11, 1 ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ (cf. Ant. XIX, 2, 5). „*duo h[o]ra[e IV]tae.*“ hic discedo a viro doctissimo, qui voc. „duae“, procul dubio numero β′ (II) scriptum, non mutavit et ita interpretatus est: „duae hebdomades, XIV fere anni, Claudii imperantis a. 41—54, annos XIII, menses VIII, dies XX (cf. Joseph. bell. iud. II, 12, 8. Ant. XX, 8, 1). equidem interpretor: „duo anni horae quartae, Claudii quarti Romanorum imperatoris“, si recte interpretatus sum, hic liber conscriptus est ineunte Claudii imperio, paulo post Caii Judaeis infestum imperium, cuius vexationes Philo (in Flaccum, legat. ad Caium) et Josephus (bell. iud. II, 10. Ant. XVIII, 8) tradiderunt. quum Claudius vix per duo annos (42. 43) imperasset (δύο ἡ τετάρτη ὥρα), — annum 41 etiam Eusebius in Chron. Caio tribuit — Herodes Agrippa I, Judaeorum rex, mortuus est a. 44 p. Chr., quem per tres annos sub Claudio regnasse retulit Josephus (Ant. XVIII, 8, 2 cf. bell. iud. II, 11, 6). itaque Judaea iterum in provinciam redacta est. sed Cuspius Fadius procurator Judaeos ducibus Tholomaeo, Eleazaro, Theuda aliis rebellantes devincere coactus erat (cf. Joseph. Ant. XX, 1, 1 sq.). in his turbulentis temporibus, recenti adhuc Caianae persecutionis memoria Judaeo alicui Romano septem annorum hebdomades, quarum initio Varus Judaeos debellaverat, iam ad finem vergere, et quarta Romanae tyrannidis hora τῆς ϑλίψεως τὸ τέλος advenisse videbatur. Claudium omnes Judaeos Roma expulisse narrant Acta app. XVIII, 2. Sueton. Claud. 25: Judaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit. Dio Cassius LX, 6: τούς τε Ἰουδαίους πλεονάσαντας αὖϑις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν τῆς πόλεως εἰρχϑῆναι, οὐκ ἐξήλασε μέν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναϑροίζεσϑαι. Tacitus Ann. XII, 52: de mathematicis Italia pellendis factum Senatus consultum atrox et irritum.

p. 104, 1 sq. *et regnabunt dehinc homines pestilentiosi et impii* etc. reges vel principes Herodiani sub Romanorum imperio.

VIII. p. 104, 19. 20. *et [ci]ta [ad]veniet in eos ultio et ira, quae talis non fuit in illis a saeculo usque ad illud tempus.* cf. Matth. XXIV, 21 ἔσται γὰρ τότε ϑλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως ἕως τοῦ νῦν οὐδ᾽ οὐ μὴ γένηται. atrocissima Judaismi persecutio praedicitur, quam iubebit „rex regum terrae“ (l. 19) i. e. imperator Romanus, cf. 4 Esr. IX, 3 arab. et quae de hoc loco disserui in libro meo: Die Propheten Esra und Daniel p. 35. textus gravissima tantum vitia emendavi.

IX. p. 105, 1 sq. *homo de tribu Levi, cuius nomen erit taxo* (interpres numeri τξέ vim non intellexit), *qui habens VII. filios* etc. comparanda est historia Maccabaeorum. 1 Macc. II, 1 sq. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀνέστη Ματταϑίας Ἰωάννου τοῦ Συμεών, ἱερεὺς τῶν υἱῶν Ἰωαρὶβ ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκάϑισεν ἐν Μωδεΐν, τῷ αὐτῷ υἱοὶ πέντε. septem filios praebuit 2 Macc. VII. numerus τξέ eodem modo nomen designat, nobis incognitum, quo χξϛ′ in Apocalypsis Joan. XIII, 18. ad illum numerum (365, cf. Gen. V, 24) Basilidianorum nomen mysteriosum ἄβραξας, ἀβρασάξ redit. eundem numerum (431) voc. ταξο et vocc. מלכא מש׳ (מלכא משיחא) effici monuit Merxius. voc. המשיח numerus τξγ′ (363), qui fortasse legendus est, efficitur.

p. 105, 11 sq. *ieiunemus triduo et quarto die intremus in speluncam, quae in agro est,* etc. cf. 1 Macc. II, 29—38. 2 Macc. VI, 11 sq.

X. p. 105, 18. 19. *nuntii, qui est in summo constitutus.* cf. Dan. XII, 1. ipse Moses magnus nuntius appellatur c. 11 p. 107, 22.

p. 105, 24—28. *sol non dabit lumen, et in tenebras convertent se cornua lunae et confringentur, et tota convertet se in sanguinem, et orbis stellarum centurbabitur, et mare usque ad abyssum decedet, et fontes aquarum deficient, et fiumina expavescent.* cf. Jes. XIII, 10. Ezech. II, 7. Joel III, 3 sq. Matth. XXIV, 29: *εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σελευθήσονται.* ultima in hac Mosis assumptione iam respiciunt ad 4 Esr. VI, 24 arab.: „Und die Springfluthen werden stille stehen und nicht laufen drei Stunden lang," lat.: „et venae fontium stabunt et non decurrent in horis tribus," aeth.: „et venae fontium stabunt et non defluent usque ad tres annos."

p. 106, 3. *supra cervices et alas aquilae et implebuntur.* cf. 4 Esr. XI. XIV, 18.

p. 106, 9. 10. *erunt enim a mea receptione usque ad adventum illius tempora CCL, quae fient.* hebdomades annorum etiam hic intelligendae sunt, i. e. 1750 anni, qui a Mose assumpto usque ad annum 45 p. Chr. computantur. etiam Josephus (Ant. IX, 14, 1) a Palaestina duce Josua occupata usque ad Samariam ab Assyriis expugnatam (722 a. Chr.) annos 947 computavit, itaque ab illo tempore usque ad annum 45 aer. Dion., quem Mosis Assumptio ultimum huius seculi statuit, 1714 annos. Mosaica Assumptio autem etiam ita sibi constat, ut additis 2500 annis, quum Moses assumptus esse dicitur, usque ad annum extremum 45 p. Chr. effici velit 4250 annos mundi. itaque dimidium certe phoenicis tempus octo phoenicis aetatibus additum est.

XI. p. 107, 6. 7. *tamquam filiam dominam virginem, quae paratur tali viro, quae timebat.* B. Weissius optime contulit 2 Cor. XI, 2 *ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.*

Fragm. II. ad Judae epi. v. 9 (p. 109) conferre iuvat Origenis Hom. XXXV in Luc. Opp. III, 973): „legimus (si tamen cui placet huiuscemodi scripturam recipere), iustitiae et iniquitatis angelos super Abrahae salute et interitu disceptantes, dum utraeque turmae suo eum volunt coetui vendicare." ita fere apud Persas Deorum et daemonum certamina de mortuorum animabus narrantur (Vendidad VII, 132—136), etiam Manichaeos talia certamina docuisse docet liber Fihrist appellatus, cf. Flügelii librum: Mani, seine Lehren und seine Schriften, ein Beitrag zur Geschichte des Manichäismus aus dem Fihrist etc. Lips. 1862. p. 100 sq.

ad ea quae Judae epistula, Origenes, Didymus, Oecumenius de Michaelis et diaboli certamine e Mosis assumptione reddiderunt, conferre licet rabbinicam *Μωυσέως ἀνάληψιν* (פטירה של משה) seu utrumque librum „de morte Mosis" editum a Gilberto Gaulmino (cum praefatione J. A. Fabricii, Hamburgi 1714; Prophetae veteres pseudepigraphi ed. A. F. Gfroerer, Stuttgardiae 1840 p. 317 sq.). nam ibi Samael daemonum principi Mosis animam appetenti obstat Michael Israelitatarum tutela (in libro priori p. 74 sq. ed. Gaulmin., in altero p. 146 sq.). ille Mosem occissurus fugatur (in priori libro p. 82 sq., in altero p. 161 sq.). non diabolus, sed Deus ipse Mosi exprobrat illius Aegyptii caedem, quam etiam Oecumenius memoravit (in libello priori p. 50).

Addenda et corrigenda.

Clem. epi. I,	8	p. 11, 4. *γένεσϑε.* scribe *γενέσϑε.*
	17	p. 20, 13. *Ἐλισσαῖον* (cf. Luc. IV, 27) c. Clemente Alex., codicis lectionem *Ἐλισσαιέ* commendant LXX interpretes.
	51	p. 55, 4. *ϑεραπόντος.* scr. *ϑεράποντος.*
Clem. epi. II,	8	p. 70, 12—14. in notis: Irenaeus adv. haer. II, 43, 3. scr. Irenaeus adv. haer. II, 34, 3.

LIPSIAE: IMPRESSIT F. A. BROCKHAUS.

BARNABAE EPISTULA.

INTEGRAM GRAECE PRIMUM EDIDIT,

VETEREM INTERPRETATIONEM LATINAM, COMMENTARIUM CRITICUM
ET ADNOTATIONES

ADDIDIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLXVI.

PATRI CARISSIMO

JOANNI CHRISTOPHORO HILGENFELD

PASTORI CHUEDENSI PALAEOMARCHICO

VITAE RELIGIOSAE ET LABORIOSAE SEPTEM
DECENNIA HOC IPSO ANNO (MDCCCLXV) DEO O. M.
IUVANTE FELICITER SUPERATA

PIE GRATULATUR

ET HUIUS GRATULATIONIS SUAE INTERPRETEM
BARNABAM QUI DICITUR
GRAECE PRIMUM INTEGRUM EDITUM

MISIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

Theologum, quem terrestres certe superi tamquam nuptiali veste carentem iam per tria lustra extra ordinem theologicum arcuerunt*), Novum Testamentum extra canonem receptum — canon etiam ordo dicitur — tractandum sibi elegisse nemo mirabitur. itaque Barnabae quam dicunt epistulam integram graece primus edidi et in eam commentatus sum. spero hunc meum laborem theologis omnibus, quicunque christianae antiquitatis monumenta rite aestumant, gratum futurum esse. mirabuntur quidem nonnulli, quod huius operis secundum fasciculum primum edidi. his respondeo, me primum fasciculum Clementis Romani quae feruntur epistulis reservasse, Barnabae autem epistulam prius edidisse, quia codice Sinaitico iam publice proposito huius epistulae textus denuo tractandus est. quod officium quo modo peregerim docti iudices decernant. Barnabae epistulam in tertio fasciculo Hermae Pastor sequetur e tanto apparatu critico antea ignoto graece restituendus. tum primo fasciculo Clementis Romani epistulas emittam. denique quarto fasciculo li-

*) Cf. quae hac de re iam disputavi (Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie 1865. I. p. 61 sq. III. p. 352). illis, qui me etiam nunc extra ordinem arcere voluerunt, profecto non licet mirari, si quid extra ordinem factum sit.

brorum deperditorum fragmenta editurus sum: evangeliorum secundum Hebraeos, Petrum et Aegyptios, Petri et Pauli actuum et praedicationum, Matthiae traditionum, Petri apocalypseos, Constitutionum Apostolorum antiquiorum. faxit Deus O. M., ut hoc opus gravissimum et difficillimum mihi bene procedat, aliosque in inquirenda canonis sacri ipsiusque Christianismi origine possit adiuvare!

scribebam Jenae d. XXI. m. Julii
MDCCCLXV.

A. H.

PROLEGOMENA.

Illis Novi Testamenti libris quos canon receptus continet Bibliorum codex Sinaiticus etiam Barnabae epistulam addidit eamque graece integram, cuius prima capita (I—V p. 12, 32 usque ad verba *αὐτὸς ἑαυτῷ*) antea graece deperdita erant. codices enim graeci ex eadem radice profecti omnes incipiebant *τὸν λαὸν τὸν καινὸν ἑτοιμάζων κτλ.* illa igitur e veteri interprete latino supplenda erant. in hac autem latina versione, quam Hugo Menardus in codice Corbeiensi deprehendit, Lucas Dacherius cum graeco Turriani huius epistulae apographo edidit (Parisiis a. 1645), deerat ultima pars (c. XVIII—XXI). id quod maxime dolendum est, quum vetus interpres optimo textu usus graece corruptis saepissime lucem et sanationem praebeat. prius etiam quam codex Sinaiticus nobis innotuisset, graeca permulta, plura quam editores emendaverunt, emendari debebant.

ante codicis Sinaitici notitiam omnino duae notae erant textus formationes, altera in solo latino interprete, altera in graecis codicibus eodem modo mancis conspicua. de prioribus editionibus haec retulit Dresselius: „Post Sirmondum in tribus mss.: bibliothecae Vaticanae, cardinalis Columnae et Andreae Schotti eadem epistola graeco sermone conscripta quaerentibus sese obtulit, heic quoque, ut in Turriani apographo, cum epistola Polycarpi ad Philippenses, quae praeit, coniuncta et acephala. Schottiani codicis graeci et versionis veteris apographum a Claudio Salmasio accepit Isaacus Vossius, ab hoc Jac. Usserius. is simul cum epistolis Ignatii id excudendum curavit a. 1643. omnia tamen huius editionis exemplaria cum haud exigua parte ipsius oppidi ingenti conflagratione perierunt. itaque quum Menardi editio ex uno tantum codice prodisset parum correcta, epistolam Barnabae J. Vossius emendatiorem publici iuris fecit Amstelodami a 1646, Florentino, Vaticano et Romano Theatinorum codice usus, sed minus accurate, ne dicam obiter, ut ipse pluries compertum habui.“ haec prima Vossii editio, qua Dresselius usus est, recusa est Londini a. 1680. „post Vossium pro textu emendando meruerunt imprimis Fellus (Oxonii 1685), Cotelerius (Lutetiae Paris. 1672), Clericus (Antwerp. 1698 et 1700, Amstelaedami 1724), Russelius (Londini 1746), Gallandius (Bibl. vett. Patrum Tom. I. Venet. 1765). ad illorum editionum fidem Hefelius et Reithmayrus suas concinnaverunt, codicibus manu scriptis uterque destitutus.“

post hos editores Rud. Max. Dresselius in emendando Barnabae textu graeco meruit [1]). huic enim viro doctissimo quatuor codicum Romanorum accuratam, passim etiam Florentini debemus notitiam. sunt autem hi codices:

1. cod. Vaticanus 859 membraneus, sec. XI graeca ac docta manu scriptus, qui etiam Barnabae epistulam continet, a Dresselio signatur *V*.

2. cod. Ottobonianus 348 chartaceus ineuntis seculi XIV, compendiis scriptus haud raro ambiguis, cuius in margine scholia, adnotationes, correctiones et coniecturae, a Dresselio signatur *O*.

3. ms. Barberinum 7, apographum Lucae Holstenii e codice monasterii S. Silvestri in Quirinali, qui deperditus est, ab ipso Holstenio passim collatum cum cod. V., a Dresselio signatum *B*.

4. cod. Casanatensis G. V. 14, chartaceus, saeculi XV, Barnabae epistulae dimidiam partem continens, a Dresselio signatus *C*.

5. cod. Mediceus (Plut. VII. num. 21) chartaceus, saec. XV., „hunc quoque codicem," — ita Dresselius — „ego et amici pro me in omnibus locis, qui alicuius momenti videbantur, post alios iterum iterumque inspeximus, signavi *F*."

inter hos codices a Dresselio collatos V. O. optimos cognovi. ceterum etiam hic editor, quamvis bene meritus, veterem latinam interpretationem non satis aestumavit neque omnia quae iam prius nota auxilia docebant emendavit.

ad duas illas textus graeci formas, vulgatam [2]) et latine versam, tertia nuperrime accessit edito Sinaitico Bibliorum codice [3]), qui primus integram Barnabae epistulam graece praebuit. non mirum est quod a plerisque viris doctis statim optimus summaque fide dignus existimabatur. nova enim quaeque arrident. ita Weizsäckerus Tubingensis doctam de hac epistula scripsit commentationem [4]), etiam ipse Tischendorfius codicis Sinaitici laudes cumulavit. sed iam Volkmarus Turicensis [5]) recte monuit, codicem Sinaiticum ex ceteris testibus tam corrigendum quam supplendum esse. „etsi interpres Latinus, hac quidem ep. a vetere S. scr. interprete Italo prorsus alienus nimia fere libertate utitur, multa abbrevians, omittens [6]), proprio Marte explicans. tamen

[1]) Patrum apostolicorum opera. Lips. 1857, ed. altera Lips. 1863.

[2]) Graecos codices omnes unam constituere familiam iam frons pariter mutilata ostendit. Polycarpi enim epistulam Barnabae sequebatur, sed exciderant folia inter Polyc. c. IX *τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα καὶ δι' ἡμᾶς ὑπό* et Barn. epi. c. V p. 12, 33. *τὸν λαὸν τὸν καινὸν ἑτοιμάζων κτλ.* inde textus vulgatus, quem priores editores fere solum sequuti sunt cf. Volkmarum in monumento inedito mox laudando p. 17 sq.

[3]) Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus — ed. Const. Tischendorf T. I—IV. Petropoli 1862. — Novum Testamentum Sinaiticum sive Novum Testamentum cum epistulae Barnabae et fragmentis Pastoris ex codice Sinaitico — accurate descripsit Aenotheus Fridericus Constantinus Tischendorf. Lips. 1863. in altera patrum apostolicorum editione Dresseliana Tischendorfius quidquid in eadem differt a scriptura graeca codicis Sinaitici notare voluit, sed non omnia accurate notavit. cf. quae notavimus ad c. VII p. 20, 20. p. 22, 1. XI p. 36, 6. 7. p. 38, 2. XII p. 40, 5. XIII p. 44, 28. XV p. 50, 8. XVIII p. 56, 5. XXI p. 62, 17.

[4]) Zur Kritik des Barnabasbriefes aus dem codex Sinaiticus. Tubing. 1863.

[5]) Monumentum vetustatis christianae ineditum ex recensione Gustavi Volkmari, Turici 1864.

[6]) e contrario Sinaiticum codicem nonnulla addidisse et mutasse videbimus.

graeca ea quam secutus est recensio — nunc multo accuratius quam solitum fuit conferatur oportet, quum interdum servaverit textum integrum et Sinaiticum tam castiget quam confirmet. accedunt ea quae Clemens Alexandrinus ad verba expressit." equidem iam ante quam Volkmari editio capp. I—V ad me pervenit, Barnabae epistulam restituere conatus sum et illius graeci textus quem vetus interpres latine vertit praestantiam etiam magis cognovi. iam antea ex iis quae ad finem libri Estherae (et Esdrae) adnotata sunt, codicem Sinaiticum non Eusebii, ut opinatur Tischendorfius [1]), sed Justiniani imperatoris fere aetate scriptum esse demonstravi.[2]) Tischendorfium contra mea argumenta [2]) nihil quod non refutatum sit protulisse iam monui.[3]) itaque cavendum est, ne Sinaitico codici quamvis egregio nimium confidamus. saepissime scriptura Sinaitica e veteri interprete corrigenda et emendanda est. quam ob rem hanc veterem versionem latinam e Gallandii editione integram addidi. in Sinaitico codice primam manum et correctorem C (S.**) qui, ut Tischendorfius censuit, septimo fere saeculo textum, me quidem iudice codicem a monachis Sinaiticis paulo antea conscriptum, plerumque optime emendavit, accurate notavi. huius et ceterorum codicum menda quidem quae ex itacismo et aperto calami lapsu orta sunt, *ν ἐφελκυστικὸν* omissum aut additum et quae huius modi sunt, omisi. semper *Μωϋσῆς* scripsi, quamvis cod. Sin. saepe *Μωσῆς* praebeat, etiam *Δαυΐδ*, non *Δαβίδ*. sed ut omnibus satisfacerem accuratam huius editionis et codicis Sinaitici etiam in non notatis rebus collationem adieci. scriptores ecclesiasticos qui hanc epistulam laudant in notis addidi. quae de rebus ipsis post librum meum de patribus apostolicis conscriptum [4]) notanda habui in adnotationibus sequentibus adieci. in maxima huius editionis parte collegae carissimi Mauricii Schmidt, philologi clarissimi, consiliis adiutus sum.[5])

Barnabae quam dicunt epistulam codex Sinaiticus Novi Testamenti libris addidit. eidem epistulae, fortasse iam Justino Martyri [6]), procul dubio Tertulliano [7]) notae, Clemens Alexandrinus saepius auctoritatem apostolicam

[1]) Novum Testamentum graece, ex Sin. codice omnium antiquissimo Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata, Lips. 1865, p. LXXVII sq.

[2]) Der codex Sinaiticus der Bibel, Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie 1864. I p. 74 sq., Noch ein Wort über den codex Sinaiticus, ib. 1864. II p. 211 sq. iudicium meum in universum probaverunt ephemerides Londinenses, Theological Review Mai 1864, p. 214 sq. Volkmarus codicem Sinaiticum tam ex aetate quam ex coetu Athanasii profectum esse censuit l. l. p. 3.

[3]) Zeitschrift f. wiss. Theologie 1865. I p. 108 sq.

[4]) Die apostolischen Väter, Untersuchungen über Inhalt und Ursprung der unter ihren Namen erhaltenen Schriften. Hal. 1853.

[5]) M. Schmidt persuasit mihi ut c. I p. 2, 10 *ἡ ἐπιπόθητος* ponerem, quamvis bene scirem, etiam in prima Clementis Romani epistula c. LIX codicem (unicum) *επιποθητην* exhibere.

[6]) cf. quae ad c. VII p. 23, 15 sq. XII p. 40, 14 sq. notavimus.

[7]) cf. quae ad c. VII p. 22, 2 sq. notavimus. Barnabae epistulam Tertulliano notam fuisse etiam inde concludo, quod epistulam ad Hebraeos canonicam de pudicitia c. XX Barnabae titulum ad Hebraeos appellavit. cf. infra p. XI.

tribuit [1]) et in Hypotyposeon libris deperditis inter sacras scripturas etiam in hanc epistulam commentatus est. [2]) Origenes catholicam Barnabae epistulam laudavit, ipsi Barnabae tribuit et inter sacras scripturas quodam modo numeravit. [3]) de huius epistulae auctoritate primus dubitasse videtur Eusebius [4]), quem secuti sunt Hieronymus [5]), Anastasius Sinaita [6]) et Nicephorus. [7]) versus

[1]) Strom. II, 6, 31 p. 445 *εἰκότως οὖν ὁ ἀπόστολος Βαρνάβας Ἀφ' οὗ, φησίν, ἔλαβον μέρους κτλ.* cf. Barn. epi. c. I. p. 2, 17 sq. — Strom. II, 7, 35 p. 447 *καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς κτλ.* cf. Barn. epi. c. IV p. 10, 22 sq. — Strom. II, 15, 67 p. 464 *ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας.* cf. Barn. epi. c. X p. 30, 8 sq. — Strom. II, 18, 84 *ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βάρναβας.* cf. Barn. epi. c. XXI, p. 62, 12 sq. 24 — Strom. II, 20, 116, p. 489 *οὔ μοι δεῖ πλειόνων λόγων παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν — ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου — κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ κτλ.*. cf. Barn. epi. c. XVI p. 52, 25 sq. — Strom. V, 8, 52 p. 677. *μηνύων, φησίν, ὁ Βαρνάβας, κολλᾶσθαι δεῖν κτλ.* cf. Barn. epi. c. X, p. 30, 8 sq. — Strom. V, 10, 64 p. 683 *ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν τὸν λόγον Ἁπλούστερον, φησίν, ὑμῖν γράφω κτλ.* cf. Barn. epi. c. VI p. 16, 14. 15. etiam tacite Clementem Alexandrinum (Strom. VI, 8, 65 p. 777) hac epistula (c. VI p. 18, 8—10) usum esse animadverti (p. 17 not.). eundem de Barnaba huius epistulae vero auctore nunquam dubitasse demonstravi in libro meo: die apostol. Väter p. 44 sq.

[2]) cf. Eusebii Hist. eccl. VI, 14, 1 *ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών, τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν.*

[3]) Origenes c. Celsum I, 63 (Opp. ed. Ruae. I. 378) *γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ κτλ.* cf. Barn. epi. c. V p. 14, 4. 5; de princ. III, 2, 4 (Opp. I, 140): eadem quoque Barnabas in epistula sua declarat etc. cf. Barn. epi. c. XVIII, p. 56, 2 sq. Comm. in epi. ad. Rom. 1, 24 lib. I (Opp. IV, 473): sicut in multis scripturis invenimus etc. cf. Barn. epi. l. l.

[4]) HE. III, 25, 4 *ἐν δὲ τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί.* vix vituperandus eram a Crednero (Geschichte des heiligen Kanon, herausgegeben von G. Volkmar, Berol. 1860, p. 120), quia *τὴν φερομένην ἐπιστολήν* „epistulam quae dicitur" verti (apostol. Väter p. 45); nam *ἡ φερομένη* eodem modo respondet sequentibus *αἱ λεγόμεναι*, quo apud Eusebium (HE. I, 12, 3) *οἱ φερόμενοι τοῦ σωτῆρος ἀδελφοί* idem valent atque *ὁ λεγόμενος ἀδελφός* (HE. II, 1, 2). cf. etiam quae in libro meo: Der Kanon und die Kritik des Neuen Test. etc. Hal. 1863 p. 235 disserui. sed non ita Eusebius *ἐν τοῖς νόθοις* Barnabae epistulam collocavit, ut eam aperte spuriam iudicaverit. ipse l. l. §. 5 pergit: *ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη*, cui librorum ordini etiam nostram epistulam HE. VI. 14, 1 (cf. supra not. 2) adnumeravit.

[5]) De viris illustr. c. 6 (Opp. ed. Vallars. II, 839): Barnabas Cyprius qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad aedificationem ecclesiae pertinentem epistolam composuit, quae inter apocryphas scripturas legitur. Comm. ad Ezech. XLIII, 19 (Opp. V, 531): Barnabae epistola, quae habetur inter scripturas apocryphas.

[6]) Anastasius Sinaita († 599) in illo sacrorum librorum indice quem Cotelerius (Patr apostt. I, 196) evulgavit (apud Crednerum l. l. p. 240 sq.) extra LX libros canonicos etiam *Βαρνάβα ἐπιστολήν* memoravit.

[7]) In Nicephori Stichometria (apud Crednerum l. l. p. 242 sq.) Barnabae epistula inter scripturas sacras, *ὅσαι τῆς νέας (διαθήκης) ἀντιλέγονται*, numeratur: *Βαρνάβα ἐπιστολὴ στίχοι ατξ'* (MCCCLX).

quidem scripturarum sacrarum qui codici Claromontano adiecti sunt [1]), post Judae epistulam canonicam, ante Joannis apocalypsin et Acta Apostolorum etiam „Barnabae epist. ver. DCCCL" recensent. his Tischendorfius nostram Barnabae epistulam significari censuit. [2]) sed viri doctissimi sententia refellitur versuum numero, quem epistulae ad Hebraeos scriptae canonicae et ipsius a Tertulliano Barnabae tributae, non nostrae epistulae congruere iam Crednerus recte monuit. itaque Barnabae quae dicitur epistulam ante Eusebium Caesariensem non ubique quidem in Novi Testamenti libros canonicos receptam, ubi vero addebatur, non dubitatam, post Eusebium inter antilegomena, melioris quidem notae neque aperte spuria, reiectam esse cognoscimus.

Clemens Alexandrinus semel memoria lapsus Barnabam etiam ibi laudavit, ubi Clementis Romani potius quum Barnabae verba reddidit. [3]) ita fere etiam illa Barnbae sententia orta esse videtur, quam Joannes Ernestus Grabius [4]) e bibliothecae Bodleianae cod. Barocc. 39 [5]) hausit:

Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος ἔφη Ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἐπέρχεται πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

Grabius quidem coniecit, recitatam sententiam desumptam esse ex evangelio secundum Barnabam [6]), sed potest etiam aliunde hausta esse.

ceterum secundae Barnabae epistulae partis usum frequentem etiam Constitutiones apostolicae (praecipue l. VII) testantur.

Barnabae apostolo (cf. Act. XIV, 14) vel apostolico ipsi hanc epistulam perpauci etiam nunc tribuent. sed antiquissimo hoc monumento discrimen illud gravissimum veterrimorum Christianorum aut in duodecim apostolorum et Judaismi cuiusdam christiani aut in Pauli gentium apostoli et a lege Mosaica immunis christianismi partes discedentium etiam aerae nostrae saeculo primo exeunte modo non integrum repraesentatur. iam ante hos duodecim annos [7]) definivi: Barnabae epistulam exeunte primo saeculo conscriptam esse a Christiano quodam e gentilibus et e scholis Alexandrinis profecto, ut eiusdem generis Christianos a iudaica Christianismi forma revocaret aut dehortaretur. ita celeberrimum illud discrimen apostolicae aetatis continuari, ut Barnabas iudaizantes Christianos, qui Christianismum ne novum quidem Dei testamentum existimabant et fideles e gentibus conversos tamquam proselytos

[1]) Apud Crednerum l. l. p. 176 sq.

[2]) Nov. Test. Sinait. prolegom. p. XXXII not. 4.

[3]) Strom. VI, 8, 64 p. 772 *ἐξηγούμενος δὲ τὸ ῥητὸν Βαρνάβας ἐπιφέρει Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν κτλ.* cf. Clementis Rom. epi. I ad Corinth. c. XLVIII.

[4]) in spicilegio ss. patrum ut et haereticorum seculi post Christum natum I. II et III. Tom. I. ed. II. Oxon. 1700 p. 302 sq.

[5]) hic codex continet collectionem sententiarum ex sacris et profanis scriptoribus iuxta ordinem alphabeti coeptam, sed non ad finem perductam. atque inter auctores, quorum nomina a B incipiunt, unicum hoc Barnabae dictum reperitur, non tamen additur, unde depromptum sit.

[6]) hoc evangelium memoratur in decreto Gelasii (cf. Credneri librum: Zur Geschichte des Kanons, Hal. 1847 p. 215) et in indiculo scripturarum a Cotelerio edito (cf. supra p. X, not. 6).

[7]) Apostol. Väter p. 11—50.

καὶ σημείωσιν ὀρθοῦ λόγου. διατάξας γὰρ ἐπὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ τῶν κατὰ τὰς ἀφὰς ἕκαστα κελεύει μηθὲν εἰκῇ μήτε πράσσειν μήτε ἀκούειν, μήτε τῇ τοῦ λόγου δυναστείᾳ συγχρωμένους ἐπὶ τὴν ἀδικίαν τρέπεσθαι. καὶ ἐπὶ τῶν κνωδάλων δὲ ταὐτόν ἐστιν εὑρεῖν. κακοποιητικὸς γὰρ ὁ τρόπος ἐστὶ καὶ γαλῆς καὶ μυῶν καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων, ὅσα διηγόρευται. πάντα γὰρ λυμαίνονται καὶ κακοποιοῦσι μύες, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἑαυτῶν τροφήν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ παντελῶς ἄχρηστον γίνεσθαι ἀνθρώπῳ. ὅ τι ἂν δήποτ' οὖν ἐπιβάλληται κακοποιεῖν τὸ τῆς γαλῆς γένος ἰδιάζον ἐστί· χωρὶς γὰρ τοῦ προειρημένου ἔχει λυμαντικὸν κατάστημα. διὰ γὰρ τῶν ὤτων συλλαμβάνει, τεκνοποιεῖ δὲ τῷ στόματι. καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοιοῦτος τρόπος τῶν ἀνθρώπων ἀκάθαρτός ἐστιν· ὅσα γὰρ δι' ἀκοῆς ἔλαβον, ταῦτα τῷ λόγῳ σωματοποιήσαντες κακοῖς ἑτέρους ἐνεκύλισαν, ἀκαθαρσίαν τε οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπετέλεσαν, μιανθέντες αὐτοὶ παντάπασι τῷ τῆς ἀσεβείας μολυσμῷ. καλῶς δὲ ποιῶν ὁ βασιλεὺς ὑμῶν τοὺς τοιούτους ἀναιρεῖ καθὼς μεταλαμβάνομεν.

ἐγὼ δὲ εἶπον Τοὺς ἐμφανιστὰς οἴομαί σε λέγειν· καὶ γὰρ αἰκίαις καὶ θανάτοις ἐπαλγέσιν αὐτοὺς περιβάλλει συνεχῶς.

ὁ δέ Τούτους γὰρ καὶ λέγω· ἡ γὰρ ἐπαγρύπνησις εἰς ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἀνόσιος· ὁ δὲ νόμος ἡμῶν κελεύει μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ μηδένα κακοποιεῖν· καὶ περὶ τούτων οὖν, ὅσον ἐπὶ βραχεῖ διεξελθεῖν, προσυπέδειξά σοι· ὅτι πάντα κεκανόνισται πρὸς δικαιοσύνην, καὶ οὐδὲν εἰκῇ κατατέτακται διὰ τῆς γραφῆς οὐδὲ μυθωδῶς, ἀλλ' ἵνα δι' ὅλου τοῦ ζῆν καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀσκῶμεν δικαιοσύνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μεμνημένοι τοῦ δυναστεύοντος θεοῦ. περὶ βρωτῶν οὖν καὶ τῶν ἀκαθάρτων, ἑρπετῶν καὶ κνωδάλων ὁ πᾶς λόγος ἀνατείνει πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων συναναστροφὴν δικαίαν.

ἐμοὶ μὲν οὖν καλῶς ἐνόμιζε περὶ ἑκάστων ἀπολελογῆσθαι. καὶ γὰρ περὶ τῶν προσφερομένων ἔλεγε μόσχων καὶ κριῶν καὶ χιμάρων ὅτι δεῖ ταῦτα ἐκ βουκολίων καὶ ποιμνίων λαμβάνοντας ἥμερα κατασκευάζειν, καὶ μηθὲν ἄγριον, ὅπως οἱ προσφέροντες τὰς θυσίας μηθὲν ὑπερήφανον ἑαυτοῖς συνιστορῶσι, σημειώσει κεχρημένοι τοῦ διατάξαντος. τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ψυχῆς τοῦ παντὸς τρόπου τὴν προσφορὰν ποιεῖται ὁ τὴν θυσίαν προσάγων. καὶ περὶ τούτων οὖν νομίζω τὰ τῆς ὁμιλίας ἄξια λόγου καθεστάναι διὰ τὴν σεμνότητα καὶ φυσικὴν διάνοιαν τοῦ νόμου ἣν προῆγμαι διασαφῆσαί σοι, Φιλόκρατες, δι' ἣν ἔχεις φιλομάθειαν.

1. *καὶ ποτῶν* c. Eus., om. Ar. 3. *τῇ τοῦ λόγου* c. Eus., *τοῦ λόγου* Ar. 7. *εἰς τὸ παντελῶς ἄχρηστον γίνεσθαι* c. Eus., *παντελῶς ἄχρηστον γίνεται* Ar. 7. 8. *ὅ τι ἂν δήποτ' οὖν ἐπιβάλληται* c. Eus., *ὅταν δήποτ' οὖν ἐπιβάλληται* Ar. 8. *τὸ τῆς γαλῆς* emendavi. *τό τε τῆς γαλῆς* Ar. et Eus. 10. *διὰ τοῦτο* c. Ar., *διὰ τοῦτ' οὖν* Eus. 11 *τῶν ἀνθρώπων* c. Ar., *τοῖς ἀνθρώποις* Eus. — — *ἔλαβον* emendavi. Ar. et Eus. *λαβόντες*. 12. *τε* c. Eus., om. Ar. 13. *ἐπετέλεσαν* c. Ar., *ἀπετέλεσαν* Eus. 15. *εἶπον* c. Ar., *εἶπα* Eus. 16. *περιβάλλει* c. Ar., *παραβάλλει* Eus. 17. *ὁ δέ* c. Ar., om. Eus. — *τούτους* c. Eus., *τούτοις* Ar. — *ἡ γὰρ ἐπαγρύπνησις* c. Ar., *ἐπαγρύπνησις γάρ* Eus. — *εἰς ἀνθρώπων ἀπώλειαν* c. Eus., *ἀνθρώπων ἀπώλεια* Ar. 18. *μηδένα κακοποιεῖν* c. Ar., *κακοποιεῖν μηδένα* Eus. 19. *προσυπέδειξα* emendavi. Ar. et Eus. *προσυποδείξαντα*. 19. 20. *ὅτι πάντα* c. Ar., *διότι πάντα* Eus. 21. *μυθωδῶς* c. Eus., *θυμωδῶς* Ar. 23. *ἑρπετῶν* c. Eus., om. Ar. 24. *ὁ πᾶς* c. Eus., *καὶ πᾶς* Ar. 26. *καλῶς* c. Eus., om. Ar. — *ἀπολελογῆσθαι* c. Eus., *ἀπολογεῖσθαι* Ar. 27. *δεῖ* c. Eus., *ἀεί* Ar. 28. *κατασκευάειν* c. Eus., *θυσιάζειν* Ar. 32. *ἄξια λόγου καθεστάναι* c. Eus., *ἀξιολόγου καθεστάνει* Ar. — *διὰ* c. Eus., *διὸ* Ar. 33. *καὶ φυσικὴν διάνοιαν* c. Ar., om. Eus. — *ἣν* c. Eus., om. Ar. 34. *Φιλόκρατες* c. Eus., *Φιλοκράτη* Ar.

haec omnia, quibus Pseudo-Aristeas legum Mosaicarum allegoricam interpretationem exposuit, Barnabas noster bene novit, quamvis plane diversum finem secutus. spiritualem enim legis Mosaicae sensum Judaismo opposuit potius quam adaequavit. Pseudo-Aristeae librum Barnabae bene notum fuisse iam voc. *διάσταλμα* p. 11, 4 ab interpretibus frustra tentatum docet.

Hefelius: „διάσταλμα nec apud scriptores classicos nec in V. et N. T. nec apud Ducangium reperitur. derivandum est a διαστέλλομαι, imperare, praecipere.“ Dresselius fortasse διάγγελμα legendum esse dixit. sed aperta est huius vocis inusitatae origo. orta est e Pseudo-Aristeae c. XXXVII. XXXVIII. (διαστέλλομαι, διαστολή), quo usus huius epistolae scriptor singularem vocem formavit. praeterea cf. Philon. de concupisc. 9. 5 (ed. Mangey. II, p. 353).

X. p. 34, 15 sq. cf. Irenae. adv. haer. V, 8, 3.

c. XII, p. 38, 26. 27. prophetam qui laudatur invenies 4 Esr. lat. IV, 30 et respondi et dixi: Usque quo et quando haec? V, 5: et de ligno sanguis stillabit, et lapis dabit vocem suam. cf. Habac. II, 11 LXX διότι λίθος ἐκ τοίχου βοήσεται, καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται. cf. librum meum: Die Propheten Esra und Daniel p. 70.

p. 40, 14 sq. de re narrata cf. Justin. Dial. c. Tryph. c. 91 p. 319, c. 111 p. 338, Tertullian. adv. Jud. c. 10, adv. Marcion. III, 18.

p. 40, 7. 8. πυγμῆς. crux interpretum, qui simplicissimam rem non animadverterunt. nam πυγμή idem valet quod πυγμαχία, i. e. proelium, pugna. non opus est, ut vocabulum emendare studeamus, aut πήγματος (Men.), aut πήγης i. e. loci excelsi sec. Hesych. (Voss.).

p. 42, 10. 11. ὅτι ἐν αὐτῷ τὰ πάντα καὶ εἰς αὐτόν. Dresselius confert Col. I, 16. Hebr. I, 4.

p. 42, 12. 15. De Josuae nomine cf. Justin. Dial. c. Tr. c. 113, p. 340.

p. 44, 1. κυρίῳ pro Κύρῳ Jes. XLV, 1. ita etiam Tertullianus adv. Prax. 11, 28, adv. Jud. 7, Cyprianus testim. I, 21. Novatian. de trin. c. 26.

XIV. p. 46, 23. 24. Μωϋσῆς θεράπων ὢν cf. Hebr. III, 5. Iren. adv. haer. I, 2, 5.

p. 48, 1—6. ἵνα αὐτὸς φανεὶς—λαὸν ἅγιον. haec ita restituta etiam evidentius, quam prior textus (cf. librum meum: Die apostol. Väter p. 33 sq.), docent, huius epistolae scriptorem e gentilibus oriundum fuisse. quae Weizsäckerus l. l. p. 7 contradixit, nullius sunt momenti.

XV, p. 50, 3. 4. τοῦτο λέγει ὅτι συντελέσει κύριος ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα. Praeter ea quae de sex millibus mundi huius annis iam monui (apostol. Väter p. 28 not. 36) cf. etiam quae de eadem Bardesanis et Julii Africani sententia disserui in libro: Bardesanes der letzte Gnostiker, Lips. 1864. p. 54 not. 3, p. 70 not. 1).

XVI, p. 52, 10 sq. πέρας γέ τοι πάλιν λέγει κτλ. Weizsäckerus l. l. p. 22 sq. cod. Sinaiticum secutus hoc loco αὐτόν et γίνεται male omisit, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται bene recepit. hoc praecipue loco illi viri docti nituntur, qui Barnabae epistulam Adriani imperatoris primae aetati vindicare volunt, prae omnibus Volkmarus, cuius sententiam iam repudiavi (Zeitschr. f. wiss. Theol. 1858 II p. 285). etiam Weizsäckerus l. l. p. 23 sq. recte monuit: „Dio Cassius erzählt, dass der jüdische Krieg entstanden sei, weil Hadrian an die Stelle des Tempels einen andern Tempel dem Jupiter gebaut hatte, und diess den Juden ganz unerträglich dünkte (LXIX, 12). Neuerdings haben jüdische Geschichtschreiber auf Grund altjüdischer Sagen und mit Hülfe sehr freier Vermuthungen aufgestellt, dass es sich in der ersten Zeit Hadrians ernstlich von seiner Seite aus darum gehandelt habe, den Juden ihren Tempel wiederherstellen zu lassen. Hadrian hätte anfänglich die Erlaubniss gegeben, dass die Juden ihn erbauen dürfen; er hätte bald dieselbe wieder zurückgenommen mit der Ausflucht, der Tempel solle an anderm Orte und nach anderm Plane wieder aufgebaut werden; und die Juden, um ihre Hoffnungen betrogen, seien schon damals nur mit Mühe durch besonnenere Leiter vom Ausbruche der Empörung abgehalten worden (Grätz Gesch. der Juden IV p. 148 sq., Jost Gesch. des Judenthums etc. II p. 77 sq. cf. Basnage histoire des Juifs VI, 9). Es ist in den jüdischen Berichten, worauf sich diese Annahme stützt, viel eitle Ruhmredigkeit und jene bekannte Geheimnisswisserei, welche der Glaubwürdigkeit ein schlechtes Vorurtheil erweckt. Was sich aus den jüdischen und andern Quellen etwa mit einigem Grunde entnehmen lässt, ist in der That Nichts, als dass sich die Juden stärker als je mit dem Gedanken an die Herstellung ihres Heiligthums und Planen dazu trugen. Und hiermit reimt sich auch der Gegenschlag, welchen Hadrian

durch seinen Bau führte, welcher aber eben unter diesen Umständen fast nothwendig den offenen Aufruhr hervorrufen musste. Gesetzt aber, es wäre auch jene ganze Annahme mehr als vormals ein eitles jüdisches Vorgeben und jetzt eine luftige Vermuthung der Geschichtschreiber, so wäre dennoch für den vorliegenden Zweck nichts damit erreicht. Denn auch die Sage bietet keinen Zeitpunct, in welchem die angeblich im Barnabasbrief ausgesprochene Erwartung ihre Stelle findet. In dem Augenblicke, da Hadrian den Juden die Zusage gegeben hätte, sie dürfen ihr Heiligthum wieder aufbauen, konnte nicht gesagt werden, dass diess die ὑπηρέται τῶν ἐχθρῶν thun werden. Noch weniger passt diess auf die Zeit, wo Hadrian bereits die erste Zusage in eine andre zweideutige verwandelt hatte, durch welche sich die Juden um ihre ganze Hoffnung betrogen sahen. Am wenigsten endlich in diejenige, da Hadrian bereits einen heidnischen Tempel erbauen liess. Wenn man desshalb annahm, der Verfasser sage den Juden im Hohne und bittersten Ernste (cf. Volkmar., theol. Jahrb. 1856 p. 285): Gott lasse allerdings ihren Tempel von den Zerstörern selbst wieder aufbauen, aber nur zum Ruin für sie: so giebt diess weder überhaupt eine klare und mit der Sachlage zusammenstimmende Vorstellung, noch steht davon etwas in den Worten." quae omnia quum summo iure Weizsäckerus monuerit, non possum non mirari, quod spiritualem templi aedificationem, quam cum plerisque interpretibus et ipse (apostol. Väter p. 28 sq. 36, Zeitschr. f. w. Theol. l. l.) huic loco vindicavi, reprobavit. de spirituali templo nondum hoc loco, sed infra demum, quum Barnabas l. 20 pergat: *ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἔστιν ναὸς θεοῦ*, sermonem fieri censuit theologus Tubingensis. sed haec ipsa quaestio aperte pendet a sacrae scripturae loco antea (l. 11 sq.) laudato. itaque Weizsäckerus l. l. p. 23 non debebat ita argumentari: „Wenn von hier an überhaupt erst die Frage über das Dasein eines Tempels, d. h. eines andern, als der alte war, nachdem dieser untergegangen ist, zur Verhandlung kommt, so kann dieser nicht im Vorhergehenden schon so vorausgesetzt sein, dass seiner ohne alle Erläuterung so gelegentlich in einer Zwischenrede [in loco scripturae sacrae] als einer bekannten Sache gedacht wäre. Die ganze Gliederung im Gedankengange des Capitels wäre hierdurch zerstört." verus sententiarum ordo hic est: Judaeos templum Hierosolymitanum verum Dei templum fuisse opinatos Barnabas primum (l. 21—36) refellit ex ipsius Dei effatis (Jes. XL, 2. LXVI, 1. XLIX, 16, ubi iam propriam suam de vero Dei templo sententiam obiter indigitat l. 11—14, Enoch LXXXIX, 56. 66. 67). iam refutata illa opinione (l. 14—19) ad novam quaestionem transit, existatne omnino templum Dei. id existere, ita respondet, Daniel IX, 24. 25. 27 nos docet, sed nondum perfectum est; in Christianorum enim coetu praeclare aedificatur. cur tandum hoc verum Dei templum non iam antea obiter tetigisse potest? neque quae Weizsäckerus addit rem probant. Barnabas templum Judaeorum non quidem re vera, sed nomine et opinione populi divinum templum fuisse censuit, templum autem Hierosolymitanum verum Dei templum praefigurasse typorum studiosissimus hic scriptor minime negavit. eodem plane modo templum Judaeorum consideravit, quo sacrificia, quae falsa quidem sunt (c. II p. 4, 15 sq.), sed Christianorum recta sacrificia nihilo minus praefigurant (ib. p. 6, 4 sq.). ita testamentum Judaeorum falsum erat (c. IV, p. 8, 27 sq. XIV, p. 46, 22 sq.), sed etiam Christiani testamentum divinum habent. idem fere de circumsisione asseritur (c. IX, p. 28, 5 sq.). typus igitur veri templi divini etiam templum Hierosolymitanum fuit, et scriptorem nostrum nihil omnino impedivit, quominus scripturam sacram secutus templo Dei (a Romanis) deleto verum templum (a Romani imperii gentibus, fidem christianam confessis) iam reaedificari cogitaverit. nota: reaedificari; nam huius operis perfectionem futuro demum mundo reservavit, denique quis tandem, etiam eiecto voc. *γίνεται*, Weizsäckero credet, Barnabam qui dicitur hic de diu praeterlapso Serubabeli aedificio, quod ne ipsi quidem templi eversores perfecerunt, locuntum esse! e contrario ipsos Judaeos et gentiles Romano imperio subiectos templum eversum reaedificare Sinaiticus codex egregie docet. quis non videt, haec ad *ecclesiam christianam, quae e Judaeis et gentilibus condebatur*, respicere? utramque Chri-

stianorum partem Barnabas eodem modo distinxit, quo Clemens Romanus epi. I ad Corinthios c. XXIX et Hermae Pastor Vis. III, 5. qua vero ratione Barnabas l. 14. orbis terrarum incolas Romanorum ditioni subditos dixerit, docet etiam Clemens Romanus epi. I. c. XXXVII: *κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν*, i. e. Romanis imperatoribus.

p. 52, 16 sq. *λέγει γὰρ ἡ γραφή κτλ.* hunc scripturae locum, quem interpretes frustra quaesiverant, inveni in Enochi libro LXXXIX, 56 a Dillmanno ita verso: „Und ich sah, dass er [der Herr der Schafe] jenes ihr Haus und ihren Thurm verliess und sie alle in die Hand der Löwen gab, um sie zu zerreissen und zu fressen, in die Hand aller wilden Thiere." v. 66. 67: „Und die Löwen und Tiger frassen und verschlangen den grössten Theil jener Schafe, und die wilden Schweine frassen mit ihnen; und sie verbrannten jenen Thurm und zerstörten jenes Haus." cf. quae hac de re contra Volkmarum monui (Zeitschrift f. wiss. Theologie 1860 IV, p. 334; 1861 II p. 221; 1862 I. p. 42 sq.), etiam a Weizsäckero l. l. p. 26 approbata.

p. 52, 25 sq. *πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ κτλ.* ita neque Barnabam Levitam Cyprium (Act. IV, 36 sq.) neque omnino christianum virum e Judaeis ortum scribere potuisse recte mihi contendisse videor (apostol. Väter p. 32 sq.). sententiam meam Weizsäckerus l. l. p. 7 sq. rationibus minime sufficientibus impugnavit. Israelitae quidem antiquissimi Mosis coaetanei ad idola se converterunt (c. IV p. 10, 6 sq. cf. c. XIV p. 46, 17 sq.), sed seriores Judaei unum Deum fidelissime colebant et ad evangelium conversi Christi, non Dei fidem receperant. Weizsäckerus mihi obloquitur: „Wenn der Verfasser aber sagt: *ὅτι ἦμεν πλήρεις εἰδωλολατρείας*, so darf nicht übersehen werden, dass er nicht vom äussern Dienste der *εἴδωλα* spricht, sondern vom Zustande des Herzens [hoc minime concedo]. — Ueberdiess vergleicht er diese Herzen ausdrücklich mit dem jüdischen Tempel." ipsos potius Christianos, quibus semet ipsum adnumerat, scriptor cum Judaeis comparat. hi modo non ut gentiles Deum in templo suo colebant (p. 52, 4 sq.). nunc quicunque fidem christianam recipiunt una cum fidelibus gentilibus templum Dei spiritualiter reaedificant (p. 52, 13 sq.). etiam gentiles prius quam christianam fidem recepissent, templum quodam modo manu factum habebant. nunc etiam hi in nomine Domini spirituale templum constituunt (cf. c. IV p. 10, 24. VI p. 18, 28 sq.). quum Barnabas noster (p. 52, 13. 14) a Judaeo-Christianis gentiles fideles aperte distinxerit, eum his semet ipsum adnumerare certissime constat.

XIX. p. 56, 14. *πλούσιος τῷ πνεύματι.* huius epistolae scriptorem Matth. V, 5 post *οἱ πτωχοί* nondum legisse *τῷ πνεύματι* iam monui (Evangelien p. 61 not.).

p. 56, 25 sq. *ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους οὓς ἤκουσας.* Dresselius confert Jes. LXVI, 2. Phil. II, 12.

p. 58, 21. 22. *μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συστέλλων.* cf. Sir. IV, 31 *μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη.*

p. 58, 24. *μνησθήσῃ ἡμέραν.* *μιμνήσκεσθαι* c. accusativo etiam Deut. VIII, 2. Jes. LXIII, 7.

p. 60, 3. 4. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου* cf. Luc. VI, 30 *παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.* Weizsäckerus l. l. p. 36 de hoc loco, ubi Barnabas noster cum ev. sec. Lucam, non cum ev. sec. Matthaeum congruere videtur, haec disserit: „Da wir jedoch sonst keine Spur des Lucas im Briefe haben, und dessen Benützung nach allen geschichtlichen Verhältnissen zweifelhaft erscheinen muss, werden wir daraus nur schliessen dürfen, dass der Verfasser die Matthäussprüche nicht in der festen Gestalt, wie sie unser Evangelium hat, kannte." haec non dixerim. ceterum eadem sententia etiam in Hermae Pastoris Mand. II. reperitur, heic saltem e Luca vix hausta. Barnabam iam ipso evangelio sec. Lucam usum esse non quidem impossibile iudico, sed etiam tertium nostrum evangelistam antiquioribus scriptis usum esse constat.

Huius editionis et codicis Sinaitici discrepantia non notata.

c. I, p. 1, 9. *οὕτως*] *ουτω*.
c. II, p. 5, 18. *πλήρης*] *πληρις*.
—, 22. *φέρητε*] *φερηται*.
6, 2. *ἀγαπᾶτε*] *αγαπαται*
—, 3. 4. *ἀγαθοσύνης*] *αγα-θωσυνης*.
—, 5. *ζητεῖν*] *ζητιν*.
—, 12. *νηστεύετε*] *νηστευεται*.
c. III, p. 6, 14. *νηστείαν*] *νηστιαν*.
—, 15. *κάμψητε*] *καμψηται*.
—, 17. *καλέσετε*] *καλεσεται*.
—, —. *νηστείαν*] *νηστιαν*.
—, 19. *ταπεινοῦνα*] *ταπι-νουντα*.
—, 22. *συγγραφήν*] *συνγρα-φην*.
—, 26. *πρώϊμον*] *προϊμον*.
—, 30. *ἐρεῖ*] *ερι*.
—, 32. *τεταπεινωμένην*] *τετα-πινωμενην*.
p. 8, 1. *ἐλεήσεις*] *ελαιησεις*.
—, 2. *ἀκεραιοσύνῃ*] *ακερεο-συνη*.
—, 4. *ἵνα*] *εινα*.
—, —. *ἐκείνων*] *εκινων*.
c. IV, p. 8, 7. *ἐκζητειν*] *εκζητιν*.
—, 12. *ἔχειν*] *εχι̅*.
—, 13. *συντρέχειν*] *συντρε-χιν*.
—, —. *τέλειον*] *τελιον*.
—, 19. *ταπεινώσει*] *ταπινω-σει*.
—, —. *τρεῖς*] *τρις*.
—, 20. *λέγει*] *λεγι*.
—, 21. *εἶδον*] *ιδον*.
—, 23. *ἀνέτειλεν*] *ανετιλεν*.
—, 25. *ὀφείλετε*] *οφιλεται*.
—, 26. *ἰδίως*] *ιδειως*.
—, 30. *ἐκεῖνοι*] *εκινοι*.
p. 10, 2. *ὄρει*] *ορι*.
—, 6. 7. *Μωϋσῇ*, *Μωϋσῇ*] *μωση μωση*.
—, 8. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 11. *ἐγκατασφραγισθῇ*] *ενκατασφραγισθη*.
—, 13. *πρέπει*] *πρεπι*.

c. IV, p. 10, 19. *τελείως*] *τελιως*.
—, 20. *μονάζετε*] *μοναζεται*.
—, 24. *τέλειος*] *τελιος*.
—, 26. *φυλάσσειν*] *φυλασσιν*.
—, 28. *κρινεῖ*] *κρινι*.
p. 12, 4. *βασιλείας*] *βασιλιας*.
—, 4. *κἀκεῖνο*] *κακινο*.
—, 5. *νοεῖτε*] *νοειται*.
—, —. *σημεῖα*] *σημια*.
—, 6. *ἐγκαταλελεῖφθαι*] *εν-καταλελιφθαι*.
c. V, p. 12, 9. *ὑπέμεινεν*] *ϋπεμινεν*.
—, 15. *ἡμεῖς*] *ημις*.
—, 16. *κείραντος*] *κιραντος*.
—, 17. *ὑπερευχαριστεῖν*] *ϋπ-ερευχαριστιν*.
—, 20. *ἐκτείνεται*] *εκτινεται*.
—, 21. *λέγει*] *λεγι*.
—, —. *ἀπολεῖται*] *απολιται*.
—, 24. *ὑπέμεινεν*] *ϋπεμινεν*.
—, 26. *εἰκόνα*] *ικονα*.
—, 27. *ὑπέμεινεν*] *ϋπεμινεν*.
—, 28. *μάθετε*] *μαθεται*.
—, 29. *ἵνα*] *εινα*.
—, 31. *ὑπέμεινεν*] *ϋπεμινεν*.
—, 33. *καινὸν*] *κενον* (ita etiam ceteri codd.)
p. 14, 2. *σημεῖα*] *σημια*.
—, 4. *κηρύσσειν*] *κηρυσσιν*.
—, 10. *χειρῶν*] *χιρω̅*.
—, 13. *τέλειον*] *τελιον*.
—, 15. *ὑπέμεινεν*] *ϋπεμινεν*.
—, 18. *οὕτως*] *ουτω*.
—, 20. *Φεῖσαι*] *φεισε*.
—, 23. *σιαγόνας*] *σειαγονας*.
c. VI, p. 16, 3. *εγγισάτω*] *ενγισατω*.
—, 4. *ὑμεῖς*] *ϋμις*.
—, —. *παλειωθήσεσθε*] *πα-λαιωθησεσθαι*.
—, 5. *ἐπεὶ*] *επι*.
—, 7. *ἀκρογωνιαῖον*] *ακρο-γωνιεον*.
—, 18. *ὥσεὶ*] *ωσι*.
—, 24. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 25. *Εἰσέλθατε*] *εισελθα-ται*.

c. VI, p. 16, 26. Ἰσαὰκ] ϊσακ.
p. 18, 2. ἐλπίσατε] ελπισαται.
—, 4. ἐστὶ] εστιν.
—, 10. ἐπεὶ] επι.
—, 14. κατ' εἰκόνα] καθ εικονα.
—, 18. πληρώσατε] πληρωσαται.
—, 22. Εἰσέλθατε] εισελθαται.
—, 25. 26. προέβλεπε] προεβλεπεν.
p. 20, 2. ὀφθήσομαι] οφθησομε.
—, 7. παιδίον] πεδιον.
—, 8. ἡμεῖς] ημις.
—, 11. 12. ἄρχειν] αρχιν.
—, 12. πετεινῶν] πετινων.
—, 13. ὀφείλομεν] οφιλομε̄.
—, 14. γίνεται] γεινεται.
—, 15. τελειωθῶμεν] τελιωθωμεν.
c. VII, p. 20, 17. νοεῖτε] νοειται.
—, 19. ὀφείλομεν] οφιλομεν.
—, —. αἰνεῖν] αινιν.
—, 20. κρίνειν] κρινιν.
—, 21. ζωοποιήσῃ] ζωοποιησι.
—, 23. σταυρωθεὶς] σταυρωθις.
—, 25. ἱερεῖς] ϊερις.
—, 26. νηστείαν] νηστιαν.
—, —. ἐξολεθρευθήσεται] εξολεθρευθησετε.
—, 26. 27. ἐνετείλατο] ενετιλατο.
—, 27. ἐπεὶ] επι.
—, 28. προσφέρειν] προσφεριν.
p. 22, 4. νηστείᾳ] νηστια.
—, 4. 5. προσέχετε] προσεχεται.
—, 7. καινοῦ] κενοῦ.
—. 8. σάρκα] σαρκαν.
—, —. μέλλετε] μελλεται.
—, 10. δείξῃ] διξη.
—, 11. ἐνετείλατο] ενετειλατο.
—, 11. 12. προσέχετε] προσεχεται.
—, 13. προσενέγκατε] προσενεγκαται.
—. —. ἕνα] εναν (** ενα).
—. 16. ἐμπτύσατε] εμπτυσαται.
—, 16. 17. κατακεντήσατε] κατακεντησαται.
—. 17. περίθετε] περιθεται.
—. 20. καὶ ἀφαιρεῖ] φερι (** και αφερι).
p. 24. 5. ἐπειδὴ] επιδη.
—, 10. ἴσους] εισους (** ισους).

c. VII, p. 24, 11. ἴδωσιν] ειδωσι̅.
—, 12. ἴδετε] ειδετε (** ειδε).
c. VIII, p. 24, 20. δοκεῖτε] δοκιται.
—, 22. τέλειαι] τελιαι.
—, 23. αἴρειν] εριν.
—, —. βάλλειν] βαλι̅.
—, 24. ἴδε] ειδε.
—, 27. νοεῖτε] νοειται.
—, 15. ἡμεῖς] ημις.
—, 16. ἴαται] ειαται (** ιαται).
c. IX, p. 26, 26. ζῆσαι] ζησε.
p. 28, 11. περιτμήθητε] περιτμηθηται.
—, 16. ἐρεῖς] ερις.
—, 17. 18. εἰδώλων] ιδωλων.
c. X, p. 30, 8. Μωϋσῆς] μωσης.
—, 9. κόρακα] κορακαν (** κορακα).
p. 32, 8. 9. ἀκεραιοσύνῃ] ακερεοσυνη.
—, 19. κατοικεῖ] κατοικι.
—, 22. πλεονεκτεῖ] πλεονεκτι.
—, 23. ὕαιναν] υεναν.
—, 26. γίνεται] γεινεται.
p. 34, 8. Δαυὶδ] δαυειδ.
—, 12. φοβεῖσθαι] φοβισθαι.
—, 13. πετεινά] πετινα.
—, 15. φάγεσθε] φαγεσθαι.
—, 17. εὐφραίνεσθαι] ευφρενεσθαι.
—, 24. 25. περιπατεῖ] περιπατι.
c. IX, p. 36, 11. πλεῖον] πλιον.
—, 15. Σινᾶ] σεινα.
—, 18. συγκλάσω] συνκλασω.
p. 38, 5. γινώσκει] γεινωσκι.
—, 5. 6. ἀπολεῖται] απολιται.
—, 6. αἰσθάνεσθε] αισθανεσθαι.
—, 7. λέγει] λεγι.
—, 11. πίστει] πιστι.
—, 13. ἕτερος] εταιρος.
—, 18. ἡμεῖς] ημις.
—, 19. καταβαίνομεν] καταβενομεν.
—, 20. ἀναβαίνομεν] αναβενομεν.
c. XII, p. 40, 8. ἐξέτεινεν] εξετινεν.
—, —. χεῖρας] χιρας.
—, 9. καθεῖλεν] καθιλεν.
—, 13. ἀπειθῆ] απιθη.
—, 14. Μωϋσῆς] μωσης.
—, 16. σημείῳ] σημιω.
—, 17. δάκνειν] δακνιν.
—, 20. 21. ἐντειλάμενος] εντιλαμενος.
p. 42, 3. καλεῖ] καλι.
—, 4. Μωϋσέως] μωσεως.
—, 5. εἶπε] ειπεν.

c. XII, p. 42, 6. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 16. *χεῖρας*] *χιρας*.
—, 19. *ἀλλ'*] *αλλα*.
—, 20. *ἐπεὶ*] *επι*.
—, 21. *Δαυὶδ*] *δαδ*.
p. 44, 2. *ἐπακοῦσαι*] *επακουσε*.
—, 3. *ἴδε*] *ειδε*.
—, —. *Δαυὶδ*] *δαδ*.
c. XIII, p. 44, 5. *Ἴδωμεν*] *ειδωμε*.
—, 6. *ἐκείνους*] *εκινους*.
—, 8. *στεῖρα*] *στιρα*.
—, 12. *μείζων*] *μειζον*.
—, 13. *ὀφείλετε*] *οφιλεται*.
—, 14. *δέδειχεν*] *δεδιχεν*.
—, 15. *προφητείᾳ*] *προφητια*.
—, 23. *χεῖρας*] *χιρας*.
—, 28. *μείζων*] *μιζων*.
p. 46, 4. *τέλειον*] *τελιον*.
—, 6. *τέθεικα*] *τεθικα*.
c. XIV, p. 46, 12. *ὄρει*] *ορι*.
—, 13. 14. *τεσσαράκοντα*] *τεσσερακοντα*.
—, 14. *ἔλαβε*] *ελαβεν*.
—, 16. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 17. *Μωϋσῆν. Μωϋσῇ, Μωϋσῇ*] *μωσην μωση μωση*.
—, 19. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 20. *ἔρριψεν*] *ερρειψεν*.
—, —. *χειρῶν*] *χιρων*.
—, 22. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 23. *ἡμεῖς*] *ημις*.
—, —. *Μωϋσῆς*] *μωσης*.
—, 25. *ὑπομείνας*] *ϋπομινας*.
—, —. *ἕνα*] *εινα* (** ἵνα).
—, 26. *κἀκεῖνοι*] *κακινοι*.
—, —. *τελειωθῶσιν*] *τελιωθωσιν*.
—, —. *ἡμεῖς*] *ημις*.
p. 48, 1. *φανεὶς*] *φανις*.
—, 8. *χειρὸς*] *χιρος*.
—, 11. *σκότει*] *σκοτι*.
—, 17. *ἰάσασθαι*] *ειασασθαι*, ** improbavit ε.
—, 19. *καλέσαι*] *καλεσε*.
—, 20. *παρακαλέσαι*] *παρακαλεσε*.
c. XV, p. 48, 22. *ὄρει*] *ορι*.
—, 23. *Μωϋσῆν*] *μωσην*.
—, —. *ἁγιάσατε*] *αγιασαται*.
—, 25. *ἑτέρῳ*] *εταιρω*.
—, 28. *χειρῶν*] *χιρων*.
p. 50, 5. *μαρτυρεῖ*] *μαρτυρι*.
—, 10. *κρινεῖ*] *κρινι*.
—, 19. *ἁγιάσαι*] *αγιασε*.
—, 21. *ὁρᾶτε*] *οραται*.
c. XVI, p. 52, 6. *μάθετε*] *μαθεται*.
—, 7. *δρακί*] *δρακει*.
c. XVI, p. 52, 9. *οἰκοδομήσετε*] *οικοδομησεται*.
—, 10. *ἐγνώκατε*] *εγνωκαται*.
—, 12. *πολεμεῖν*] *πολεμιν*.
—, 25. *μάθετε*] *μαθεται*.
—, 27. *χειρός*] *χιρος*.
—, —. *πλήρης*] *πληρις*.
p. 54, 1. *εἰδωλολατρείας*] *ειδωλολατριας*.
—, 4. *μάθετε*] *μαθεται*.
—, 6. *καινοί*] *κενοι*
—, 11. *ἀνοίγων*] *ανυγων*.
c. XVII, p. 54, 24. *νοήσητε*] *νοησηται*.
—, —. *κεῖσθαι*] *κεισθε*.
c. XVIII, p. 56, 6. *ἀπ'*] *ἀπό*.
c. XIX, p. 56, 10. *δοθεῖσα*] *δοθισα*.
—, 18. *ταπεινόφρων*] *ταπινοφρων*.
—, —. *ἀρεῖς*] *αρις*.
—, 21. *παιδοφθορήσεις*] *παιδοφθορησις*.
—, 22. *ἐλέγξαι*] *ελεγξε*.
p. 58, 8. *ταπεινῶν*] *ταπινων*.
—, 10. *γίνεται*] *γεινεται*.
—, 14. *ἐλπίζουσι*] *ελπιζουσιν*.
—, 16. *καλέσαι*] *καλεσε*.
—, 17. *πᾶσι*] *πασιν*.
—, 20. *δύνασαι*] *δυνασε*.
—, —. *ἁγνεύσεις*] *αγνευσις*.
—, 21. *γίνου*] *γεινου*.
—, —. *ἐκτείνων*] *εκτινων*.
—, 26. *παρακαλέσαι*] *παρακαλεσε*.
p. 60, 2. *χειρῶν*] *χιρων*.
—, 2. 3. *διστάσεις*] *διστασις*.
—, 9. *συνειδήσει*] *συνιδησει*.
c. XX, p. 60, 11. *ἐστί*] *εστιν*.
—, 14. *ειδωλολατρεία*] *ειδωλολατρια*.
—, 15. *μοιχεία*] *μοιχια*.
—, 16. *αὐθάδεια*] *αυθαδια*.
—, —. *φαρμακεία*] *φαρμακια*.
—, 18. *ἀλήθειαν*] *αληθιαν*.
—. 12. *ἀλλ'*] *αλλα*.
—, 24. *εὐχερεῖς*] *ευχερις*.
—, 25. *φονεῖς*] *φονις*.
—, —. *φθορεῖς*] *φθορις*.
c. XXI, p. 62, 5. *συναπολεῖται*] *συναπολιται*.
—, 7. *λαμβάνετε*] *λαμβανεται*.
—, 9. *συναπολεῖται*] *συναπολιται*.

c. XXI, p. 62, 11. γίνεσθε] γεινεσθαι.
—, 12. ἄρατε] αρα^{ται}.
—, 15. γινεσθε] γιγνεσθε.
—, 16. ποιεῖτε] ποιειται.
—, —. εὑρεθῆτε] ευρεθηται.
—, 17. μνημονεύετε] μνημονευεται.

c. XXI, p. 62, 20. ἐστι] εστιν.
—, 21. ἐκζητεῖτε] εκζητιται.
—, 21. 22. ἀναπληροῦτε] αναπληρουται.
—, 22. ἔστι] εστιν.
—, 23. γράψαι] γραψε
—, 24. εἰρήνης] ϊρηνης.

Addenda et corrigenda.

in textu c. II. p. 4, 24 *οὐχ*. l. *οὐκ*.
c. III. p. 8, 1 *ἐλεήσεις* c. S. et Volkm., legendum erit *ἐλεήσῃς*.
c. IV. p. 10, 19 *καὶ* delendum, comma ponendum.
c. V. p. 14, 20 *μοῦ*. l. *μου*.
c. V. p. 14, 24 *εἰς*. l. *ὡς*.
c. VI. p. 18, 21 *Ἰδοῦ*. l. *Ἰδοὺ*.
c. VII. p. 22, 16 *καὶ* prius scribendum *Καὶ*.
c. X. p. 34, 4 *στόμαι*. l. *στόματι*.
c. XI. p. 36, 18 *μόχλους*. l. *μοχλοὺς*.
c. XIV. p. 46, 18 *ὅτι*. l. *ὅτι*.

in notis c. I. p. 4. not. ad l. l. 2. l. 3. *δικαιοσυνη*. l. *δικεοσυνη*.
c. I. p. 4. not. ad l. l. 2. l. 6. *δικαιοσυναις*. l. *δικαιοσυνης*.
c. IV. p. 8. 29 *ὑμῶν*. — *ἐκείνων*. Volkmarus iam ipse suam editionem correxit (Ueber den Barnabasbrief nach cod. Sin., Zeitschrift f. wiss. Theologie 1865. IV. p. 447).
c. IV. p. 9 in dextera parte 25 del.
c. IV. p. 12, 5 om. S. l. *βλεπεται* S.
c. V. p. 15, 24 „*μου εἰς* S. — *εἰς* text. vulg.“ del.

LIPSIAE: IMPRESSIT F. A. BROCKHAUS.

HERMAE PASTOR.

GRAECE

E CODICIBUS SINAITICO ET LIPSIENSI
SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM EXCERPTIS,
COLLATIS VERSIONIBUS LATINA UTRAQUE ET AETHIOPICA, LIBRI
CLAUSULA LATINE ADDITA, RESTITUIT, COMMENTARIO CRITICO
ET ADNOTATIONIBUS

INSTRUXIT,

ELXAI LIBRI FRAGMENTA ADIECIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLXVI.

PROLEGOMENA.

Quem permulti, si non prophetae, tamen iusti viri doctique antea videre cupierunt, sed non viderunt [1]), *graecum Hermae Pastorem*, cum nobis contigit videre. fragmenta quidem graeca iam priores editores, inter quos J. B. Cotelerius [2]) et J. A. Fabricius [3]) excellebant, ex ecclesiae scriptoribus diligenter contulerunt, sed graecus textus ipse nostra demum aetate innotuit.

I. DE HERMAE PASTORE GRAECE RESTITUENDO.

Constantinus Simonides codicis ex Atho monte allati tria folia (Mand. XII, 4 p. 75, 16 — Sim. VIII, 4 p. 105, 6. Sim. IX, 15 p. 128, 23 — Sim. IX, 30 p. 141, 10), antecedentium et intermediorum apographum bibliothecae academicae Lipsiensi vendidit. sola ultima capita deerant. ex hoc *codice Lipsiensi* Hermae Pastorem graece anno 1856 primum ediderunt ***Rudolphus Anger*** et ***Guilielmus Dindorf.*** [4]) Angerus haec praefatus est: „Jam vero tria illa folia (quae codicis Lipsiensis vocabulo appellabimus) chartacea sunt, forma octonaria eaque maiore exarata saec. XV. ineunte vel medio. librarius maxima usus est parsimonia, quandoquidem linearum numerus inter lineas 67 et 72 fluctuatur, litteraeque ipsae perquam minutae sunt multisque instructae scripturae compendiis. — scriptura passim in margine hic illic exeso periit, passim etiam detrita est, ita tamen ut facilis plerumque sit expletio. inter-

[1]) ita Hugo Grotius in epi. 768. sed Christianus Carolus Josias Bunsen in libro: Hippolytus und seine Zeit, Vol. I, Lips. 1852. p. 229 scripsit: „Seit den ersten Regungen einer katholischen Literatur, wie sie mit dem Hirten des Hermas begannen, — dem gutgemeinten, aber einfältigen Roman, von dem Niebuhr zu sagen pflegte, er bedauerte die athenischen Christen, dass sie verpflichtet waren, ihn in ihren Versammlungen zu hören“ etc.

[2]) Patres apostolici ed. J. Clericus. Amstel. 1698. I, 67 sq.

[3]) Codex apocryphus Novi Testamenti. Pars III. (Hamburg. 1719) p. 737 sq.

[4]) Hermae Pastor graece. primum ediderunt et interpretationem veterem latinam addiderunt Rudolphus Anger et Guilielmus Dindorf. Pars prior quae textum graecum continet. Hermae Pastor graece. primum edidit Rudolphus Anger. praefationem et indicem adiecit Guil. Dindorf. Lips. 1856.

punctio et accentuum spirituumque designatio frequens, neque vero constans. perpauca eaque ab eadem cuius reliqua sunt manu correcta, saepius scriba vel in iis, quae per errorem repetierat, ab emendando abstinuit. litterae singularum similitudinum initiales (nam praeter finem mandatorum nihil nisi similitudines in his foliis inesse iam monuimus) nec non quae plerumque antecedunt inscriptiones (plerumque inquam; parabolae enim quae sunt inde a septima titulis carent) minio pictae sunt." quae vel inter haec tria ipsius codicis folia leguntur (Sim. VIII, 4 p. 105, 6—IX, 15 p. 128, 23) vel antecedunt, ab Angero ex illo Simonidis apographo edita sunt.

graecum autem Hermae textum principalem, non ex antiqua demum interpretatione latina conversum esse, Angerus l. l. p. XI sq. argumentis defendit gravissimis. ipsum enim codicem Lipsiensem cum veterum scriptorum excerptis iam antea notis Angerus ita consentire ostendit, ut dissensus non alius sit, quam qui inter duos eiusdem libri codices intercedere solet; ubi vero fragmenta illa ab interpretatione latina recedunt, codicem Lipsiensem nunc cum fragmentis facere, nunc cum latino, interdum suam sibi propriam praebere scripturam. eandem autem esse rationem in apographo atque in ipso codice Lipsiensi. itaque Angerus, consiliis cum Dindorfio initis, graecum textum iam edidit, in hac editione ita versatus, ut codice Lipsiensi et illo Simonidis apographo reliquarum libri partium cum plagulis impressis collato textum summa cum fide repeteret, *servatis etiam quae displicebant, modo ferri ulla quadam ratione posse viderentur.* theologus Lipsiensis, hoc ipsum decere ratus editionem primam eamque ex unico factam codice, perraro ab archetypis recessit, itaque codicem potius quam ipsum librum edidit, ne ibi quidem, ubi in latino vel in fragmentis plura continentur quam in graeco, lacuna notata, nisi ex ipsa graeci textus natura deesse aliquid patebat. in altera enim editionis parte, quam etiam nunc desideramus, subsidia critica se additurum esse Angerus pollicitus est, h. e. interpretationem veterem latinam cum scripturae varietate et graecis antiquorum ex Hermae libro excerptis, eamque tum secundum haec praesidia tum ad graeca nostra emendatam, additis praeterea prolegomenis ad volumen universum spectantibus et notis ad crisin textus tam graeci quam latini pertinentibus, nec non indice locorum Veteris Novique Testamenti, ad quos alludere Hermas videtur.

quibus vixdum promissis statim res mutata est detecta Simonidis fraude. ipsum enim apographum quod vendiderat e priori aliquo apographo iam saepius correcto confectum erat. cuius apographi prioris fideque dignioris discrepantiam Angerus et Dindorfius editioni suae statim addiderunt.[1]) sed *Constantino Tischendorfio* collegarum Lipsiensium editio iam paene tota inutilis reddita videbatur, textumque ipsum denuo edendum esse censuit.[2]) quum enim Albertus Dresselius Patrum apostolicorum editionem pararet, Tischendorfius, se ipsum versandis antiquis libris graecis iisque ineditis assuetum

[1]) Nachträgliche Bemerkungen zu Hermas von Rud. Anger und Wilh. Dindorf (besonderer Abdruck aus Gersdorf's Repertorium Bd. III. 1856). Lips. 1856.

[2]) Hermae Pastor graece ex fragmentis Lipsiensibus instituta quaestione de vero graeci textus Lipsiensis fonte edidit Aenoth. Frid. Constant. Tischendorf. ex editione patrum apostolicorum Dresseliana centum exemplis repetitum. Lips. 1856.

gloriatus, textum viris doctis quam fidelissime excussum tradere voluit. tradidit, quamvis ipse in legendo et edendo nonnumquam falsus.[1]) gratiae quidem viro illustrissimo habendae sunt, quod codicem Lipsiensem ipsum cum priori illo apographo accuratius edidit,[2]) sed etiam Tischendorfius codicem, non librum edidit editionemque „principem", quam paene totam inutilem redditam censuit, ibi quoque secutus est, ubi e scriptoribus ecclesiasticis diu collatis emendanda erat. nonnulla exempla enumerare licet. Mand. V, 1 p. 46, 7 codicis Lipsiensis apographum exhibet *πνίγεται γὰρ ῥύπῳ τοῦ πονηροῦ πνεύματος.* ita cum collegis Lipsiensibus etiam Tischendorfius, quamvis Pseudo-Athanasius, Antiochus Palaestinensis et versio vulgata *πνίγεται γὰρ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος* praebeant. Mand. IX. p. 62, 6 etiam Tischendorfius contra omnes testes reliquos Lipsiensem lectionem *ἀδελφή* pro *θυγάτηρ* reddidit. Mand. XI. p. 70, 5 etiam apud Tischendorfium reperitur *τὸ πνεῦμα τὸ μωρόν*, quum iam versiones *τὸ πνεῦμα τὸ ἐπίγειον* commendaverint. Mand. XII, 4 p. 75, 18 vocabulum *μή* in editione principe uncinis inclusum etiam Tischendorfius reprobavit, quamvis necessarium et ab interprete latino vulg. confirmatum. Sim. V, 1 p. 84, 17 etiam Tischendorfio simplicissimam emendationem non animadvertenti voc. *νηστεία* excidisse videbatur. Sim. V, 3 p. 87, 20 etiam vir illustrissimus e codice Lipsiensi insanum illud vocabulum *συνοψίσας* (cf. Vis. III, 1 p. 13, 6. 7) edidit, neque a Pseudo-Athanasio neque a latino interprete edoctus, legendum esse *συμψηφίσας!* Sim. VI, 2 p. 94, 9 invitis ipso codice, Pseudo-Athanasio, vulgato interprete cum editione principe etiam Tischendorfius vocabulum *οὐ* ante *κατεφθαρμένοι* perperam addidit. ib. l. 15 cum antecessoribus e codice barbarum vocabulum *ῥόζους* edidit, neque a Pseudo-Athanasio neque a latino interprete edoctus, legendum esse *ὄζους!* ib. l. 13 contra Pseudo-Athanasium et omnes versiones, qui *αἴγειον* (cf. Vis. V. p. 34, 4) legerunt, *ἄγριον* editum est. Sim. VIII, 1 p. 100, 22 sq. in utraque editione male interpungitur: *ἀφ' ἧς δέ, φησί, πάντα ἴδῃς, καὶ δηλωθήσεταί σοι τὸ τί ἐστιν ὁ ἄγγελος ὁ ἐπιδεδωκὼς τῷ λαῷ τοὺς ῥάβδους. πάλιν ἀπῄτει ἀπ' αὐτῶν.* Sim. VIII, 7 p. 109, 18 etiam Tischendorfius textum apographi, quem non intellexit, mancum esse censuit. Sim. IX, 2 p. 114, 14 etiam vir clarissimus ex apographo voc. *ἕτοιμοι* de virginibus dictum reddidit. ib. c. 15 p. 129, 11 codicem *ὀνόματα* exhibentem non emendavit ex interprete, qui *ἱμάτια* legit. ib. c. 28 p. 139, 12 voc. *ἀηδέστεροι*, quod codex praebuit, ne Tischendorfius quidem secundum interpretem mutavit in *εὐειδέστεροι*. quae omnia, ne etiam plura addam, quamvis editioni principi fortasse ignoscenda, tamen aperte docent, quonam iure Tischendorfius editionem quam principem dicunt iam paene totam inutilem redditam iudicaverit.

sed ita iudicet vir clarissimus. quid tandem eum movit, ut Angero graecum textum principalem affirmanti vehementer contradixerit? Tischendorfius graecum textum non iam altero post Chr. seculo, *sed media demum quam*

[1]) praeter ea, quae Tischendorfius ipse invito apographo male in suam editionem transisse confessus est in Dresselii Patrum apostolicorum editione p. LV, cf. etiam Vis. III, 2 p. 15, 9. III, 6 p. 20, 16. 19. 21, 17. III, 9 p. 25, 19. Mand. II. p. 37, 5. 6.

[2]) perpauca typothetarum vitia corrigenda sunt: Vis. IV, 3 p. 15 ed. Tischdf. *κατοικήκουσιν* pro *κατοικήσουσιν*. Sim. VIII, 2 p. 44 *παρπόν* pro *καρπόν*. IX, 12 p. 57. *παινή* pro *καινή*.

dicunt aetate ortum esse nec eum praebere textum, quem vetus interpres latine vertit, sed quo quis deperditum graecum compensaverit latina convertens argumentis affirmavit levissimis.

praeter vulgatam latinam interpretationem Albertus Dresselius iam aliam antea ignotam e codice *Palatino* 150 sec. XIV [1]) ediderat, quam a vulgata illa centies in melius declinare ambiguisque in casibus fere semper praestantiorem praedicavit. itaque Tischendorfius concessit quidem, graecum illum de quo agitur textum non posse e vulgato nostro latino, etiamsi ad bonos nonnullos codices passim corrigatur, petitum esse, sed eundem ex alia nescio qua interpretatione latina media aetate ortum esse contendit. tali coniectura vir clarissimus sibi confinxit codicem aliquem primitivum, Palatino aliquot seculis antiquiorem, „qui quae in recentioribus sparsae inveniuntur coniunctas inter se auctasque continuerit lectiones latinas, ab interprete graeco eiusdem aetatis expressas.“ tali hariolatione Tischendorfius etiam graeci textus et veterum scriptorum Hermae Pastorem laudantium insignem consensionem explicare ausus est. quasi iam ante Cotelerium et Fabricium nescio quis illa graeca fragmenta aut excerpta collegisset, vir doctissimus l. l. p. X ita pergit: „quid enim, quaeso, obstat quominus interpretem graecum medii aevi excerpta vetera bene nosse collectaque habuisse statuamus? si cui e doctis illorum temporum hominibus in mentem venerit librum Hermae ex summa antiquitate christiana clarum ad compensandum deperditum archetypum graece reddere: quid mirum, si eum ante circumspexisse inveniemus graeci textus fragmenta?“ ecce primitivum aliquem Cotelerium hoc viro aliquot seculis antiquiorem, cui Coteleriana editione nondum uso ignoscendum erit, quod in vertendo loco Vis. II, 4 p. 12, 6—12 Origenem eundem locum brevius laudasse non meminit! graeci textus barbaries, qua Tischendorfius suam sententiam omni ex parte imbecillam quodam modo confirmare voluit, nunc a codice Sinaitico valde superatur.

denique vir clarissimus l. l. p. XV sq. duobus locis maxime confidit, quibus quae in graecum textum vitia transierunt, e latinis derivari non possint. Vis. II, 3 p. 11, 11. 12 in Lipsiensi apographo scriptum est: *ἐρεῖς δὲ Μαξίμῳ Ἰδοὺ θλῖψις ἔρχεται.* textus vulgatus latinus praebuit: „dices autem: ecce magna (Vat.: Magna ecce) tribulatio venit.“ itaque Tischendorfius: „et quid tandem Maximus iste sibi vult, quum per totum librum nulli Maximo locus sit?“ sed bonus Maximus in Hermae Pastore plane eadem civitate fruitur, qua Roda semel (Vis. I, 1 p. 3, 2) memorata, Clemens et Grapte (Vis. II, 4 p. 12, 8 sq.). iam e Palatina versione: „dicis autem Maximo: Ecce tribulatio supervenit“ Tischendorfius concludere debebat, graeca sana, vulgatam autem interpretationem sensim depravatam esse. alter locus difficilis est. Vis. III, 3 p. 17, 12. 13 Lipsiense apographum haec servavit: *Εἰπόν σοι, φησί, καὶ τὸ πρότερον· πανοῦργος εἶ περὶ τὰς γραφὰς καὶ ἐπιζητήσεις ἐπιμελῶς· ἐκζητῶν οὖν εὑρήσεις τὴν ἀλήθειαν.* haec respiciunt quidem ad praecedentia illa p. 16, 17. 18: *πανοῦργος εἶ, ἄνθρωπε, θέλων γινώσκειν τὰ περὶ τὸν πύργον.* sed ibi de turri ecclesiae agebatur. hic offendunt vocabula *περὶ τὰς γραφάς,* quibus ille liber Hermae traditus (Vis. I, 2 p. 5, 20 sq. c. 3 p. 7, 5 sq. Vis. II, 1 p. 8, 21 sq.) nullam lucem praebet. ne ea quidem, quae Sim.

[1]) hoc in codice continetur etiam „liber pastoris discipuli pauli apostoli. quem paulus meminit. in epistola ad romanos.“

V, 3 p. 87, 17. 18. dicuntur: *συντελέσας τὰ γεγραμμένα* nodum solvunt. cum Lipsiensi congruit cod. Vat.: „Dixeram tibi et prius, versutu te esse circa *scripturas* [1]) diligent inquirentem; igitur [2]) invenies veritatem.“ vulgata autem versio ita edita est: „Dixeram tibi et prius, versutum te esse circa *structuras* diligenter inquirentem; igitur invenies veritatem.“ quasi haec principaliora essent, Tischendorfius in codice Lipsiensi confusionem notavit, „quae ut in latinis facillime poterat fieri, ita in graecis fieri prorsus nequibat, nisi si quis latina graece verteret.“ graecus Hermas non illud voc. „structuras“, sed iam depravatum voc. „scripturas“ vertisse videbatur. quae Tischendorfius principaliora censuit, etiam magis depravata sunt. voc. „scripturas“ vulgatae quoque versionis codices exhibere, iam Dindorfius monuit. [3]) ceterum etiam illa vocabula *πανοῦργος εἶ περὶ τὰς γραφάς* iam ante aethiopicae versionis et codicis Sinaitici notitiam omissa vidimus in versione Palatina: „Dixi tibi iam et primo, et tu quaeris diligenter, ergo requirens invenis veritatem.“ addita sunt, quia vocabula *εἶπόν σοι καὶ τὸ πρότερον* interpretatione ex antecedentibus (p. 16, 17. 18) petita egere videbantur. sed tantum abest, ut latini interpretis additamentum censendum sit, ut aliis additamentis, quae codex Lipsiensis praebet, [4]) simillimum sit.

non mirum igitur, quod Tischendorfii sententia universa, a R. A. Lipsio statim refutata, [5]) soli Lechlero [6]) placuit.

post graecum Hermae textum Lipsiensem alteram latinam interpretationem e codice *Palatino* editam esse iam diximus, quam R. A. Lipsius in Tischendorfianae editionis censura praeter aliquas libri partes, praecipue in similitudinibus, ubi utraque versio latina permixta sit, ex ipso graeco textu confectam esse iudicavit. accessit etiam *aethiopica* versio, et ipsa e graeco textu confecta. [7]) itaque praeter Lipsiensem codicem iam duae versiones, quibus ille saepius emendari poterat, innotueruut.

[1]) etiam cod. Bodleianus et Lambethanus et Carmelitanus: circa scripturas.

[2]) codd. Bodl. et Lamb.: diligenter inquirens igitur. etiam cod. S. Germani: inquirens.

[3]) Nachträgliche Bemerkungen zu Hermas II. p. 13: „Dass der alte Herr Faber Stapulensis in der ersten lateinischen Ausgabe von 1513, oder wer ihm hier vorgeleuchtet hat, aus *scripturas* ohne weiteres *structuras* machte, kann ihm verziehen werden. Hätte ein Wurm oder ein anderer Zufall das Wort scripturas in der Handschrift vertilgt gehabt, so würde er zwar auch die wahre Lesart nicht errathen haben, aber doch wahrscheinlich so klug gewesen sein, den Singularis structuram, der so oft in der Erzählung gebraucht wird, zur Ausfüllung der Lücke vorzuziehen; da er aber scripturas vorfand, so glaubte er bei seiner Aenderung um einen Buchstaben billiger wegkommen zu können, wenn er structuras corrigirte.“ haec me in notis ad p. 17, 12 non meminisse confiteor.

[4]) ita in eodem capite p. 16, 18 cod. Lips. et vulg. simul addiderunt *καὶ ἱλαρώτεροι γίνονται;* Lips. solus c. 6 p. 21, 7. *τὴν οὐσίαν*.

[5]) in Tischendorfianae editionis censura (Literar. Centralblatt 1856. Nr. 47) et contra Tischendorfium obloquentem (ib. Nr. 50). quae Tischendorfius nuperrime disputavit (Theolog. Literaturblatt 1865 Nr. 70), nullius sunt momenti, quum voc. „structuras“ in nullo codice reperiatur. cf. etiam Lipsii: „Duplik gegen Hrn. v. Tischendorf,“ Zeitschr. f. wiss. Theol. 1866. I, p. 122 sq.

[6]) Apostolisches und nachapostol. Zeitalter, ed. II. Stuttgart. 1857. p. 489.

[7]) Hermae Pastor, aethiopice primum edidit et aethiopica latine vertlt Antonius d'Abbadie. Lips. 1860. cf. Angeri libellum: Nachträgliche Bemer-

post haec omnia alter graecus codex innotuit, *Sinaiticus*,[1]) qui Pastoris magnam certe partem (Vis. I, 1—Mand. II. p. 38, 11 et Mand. III. IV. fragmenta) continet. quem codicem quum Tischendorfius ederet, priorem suam de graeci textus indole et origine sententiam praeter unicum illud refugium Vis. III, 3 p. 17, 12. 13 ipse deseruit.[2]) Sinaiticum codicem a Tischendorfio longe praeferri Lipsiensi nemo mirabitur. ille antiquior est, quamvis vix ante Justinianum I. imperatorem conscriptus. sed etiam huius codicis divergentes lectiones versionibus et ceteris testimoniis saepe confirmantur. et si Hermae Pastorem denuo ederem, Lipsiensi codici etiam saepius, quamvis in minutiis, palmam darem.

his omnibus apparatus criticus iam ita auctus est, ut Hermae Pastoris non codices edere, sed graecum textum maxima ex parte restituere possimus. facillime restituitur prima pars, ubi praeter tres illas versiones et antiquorum scriptorum excerpta uterque codex graecus, Lipsiensis quidem in apographo, servatus est. in media parte (Mand. V—XII, 4) solum quidem codicis Lipsiensis apographum superest, sed praeter tres versiones subveniunt scriptores ecclesiastici, qui mandatorum plurima tantum non verbo tenus transscripserunt. ita Pseudo-Athanasii *Διδασκαλία πρὸς Ἀντίοχον δοῦκαν* ex Hermae non nominati Pastore amplissima excerpta conservavit.[3]) etiam Antiochi Palaestinensis, S. Sabae monasterii monachi seculi VII. ineuntis, „Pandectes divinae scripturae seu compendium totius religionis christianae" homiliis CXXX comprehensus ex Herma permulta tacite descripta continet.[4]) in ultima parte codicem Lipsiensem ipsum (Mand. XII, 4—Sim. VIII, 4. Sim.

kungen zu Hermas fascisc. III. (Besonderer Abdruck aus Gersdorf's Repertorium 1858. Vol. IV. fascic. II.). Lips. 1858 et Lipsii censuram (Literar. Centralblatt 1859. Nr. 4). huius versionis epilogus Hermam non Pauli discipulum (ut cod. Palat.), sed ipsum Paulum apostolum a Lystrensibus *Ἑρμῆν* appellatum (Act. XIV, 12) fuisse refert.

[1]) Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus. auspiciis augustissimis imperatoris Alexandri II. ex tenebris protraxit in Europam transtulit ad iuvandas atque illustrandas sacras litteras ed. Aenoth. Frid. Const. Tischendorf, Petropoli 1862. Novum Testamentum Sinaiticum sive Novum Testamentum cum epistula Barnabae et fragmentis Pastoris ex codice Sinaitico — accurate descripsit Aenotheus Fridericus Constantinus Tischendorf. Lips. 1863.

[2]) in praefatione alterius Patrum apostolicorum editionis Dresselianae, Lips. 1863. huic editioni Tischendorfius etiam in Hermae Pastore lectiones Sinaiticas discrepantes praemisit, sed parum accurate. illis quae notata sunt ad Vis. I, 1 p. 4, 19. c. 2 p. 5, 15. II, 3 p. 11, 6. III, 1. p. 13, 2. c. 2 p. 15, 12. c. 3 p. 17, 6. c. 7 p. 22, 1. c. 8 p. 23, 14. 24, 15. c. 9. p. 25, 22. c. 10 p. 27, 3. 4. 10. c. 12 p. 28, 17. 29, 1. Mand. IV, 1. p. 40, 13, etiam addo Vis. IV, 2 p. 32, 6, ubi Tischendorfius non notavit, Sin. praebere *καὶ ὅτι*, Lips. *ὅτι*.

[3]) post Bernardum Montefalconium Athanasii operum editorem (Vol. II, 252—264, ed. Paris. 1698) hunc libellum accuratius edidit Guil. Dindorf (Athanasii Alexandrini praecepta ad Antiochum, ad duos codices recensuit Guil. Dindorfius, Lips. 1857), de qua editione iudicium tulit R. A. Lipsius (Literar. Centralblatt 1857 Nr. 40). Dindorfius illius codicis Parisini, quem Montefalconius edidit (cod. B), nova collatione usus eiusdem libri primae partis (c. I—II) epitomen quamdam e codice Guelferbytano antiquiore (cod. A) edidit. uncinis inclusi variantes codicis A. lectiones.

[4]) Antiochi Homilias exhibet Bibliothecae veterum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum Tom. I. graecolatinus. Paris. 1624. p. 1021 sq.

IX, 15—30), eius apographum (Sim. VIII, 4—IX, 14) cum illis excerptis et tribus versionibns accurate conferamus oportet, ut permulta, quae etiam in ipso codice aut plane omissa sunt aut tineis exesa evanuerunt, suppleamus. haec uncinis inclusa graece reddere conatus libri clausulam e vulgata versione emendata secundum ceteras versiones et graeca fragmenta addidi.

Sinaitici codicis etiam correctiones accurate notanda erant. correctorem A, quem ipsi codicis scribae aetate vix cedere Tischendorfius censuit, cum eodem viro docto editioni Dresselianae alteri praefato signavi ** (S**), correctorem C^a, a correctore C^c Barnabae epistulae diversum, quem Tischendorfius VII. fere seculo vindicavit, signavi $*_*$* (S$*_*$*), correctorem D (in Hermae Pastore), paulo seriorem, et ipse signavi **** (S****). emendationes plurimas correctori $*_*$* debemus, me quidem arbitro, ipso codice non multum seriori. — codicem Lipsiensem ipsum eiusque apographum signavi *L.*, versionem vulgatam, cuius codex optimus est Vat., signavi *v.* (vel *vulg.*), Palatinam *p.* (vel *pal.*), aethiopicam *ae.* (vel *aeth.*).

bene scio, Hermae Pastorem graece restituendum unius hominis vires superare. ipse mihi in nonnullis, minutiis quidem, ut in litera ρ simplici vel dupla (ἐπερίψατε, ἐπερρίψατε), in syllabae εὐ augmento temporali omisso vel servato (Sim. V, 2 p. 86, 5. 6. 19. 20, ubi codicem sequi volui), et quae huius modi sunt, non semper constiti. et iam dixi, me in levioribus quibusdam rebus nunc codicem Lipsiensem Sinaitico praelaturum esse. sed summa in re Hermae Pastorem graece ita restituisse mihi videor, ut eo iam uti et frui possimus. spero, difficillimam meam operam, quam etiam hoc in libro amicissimis et doctissimis consiliis Mauricius Schmidt adiuvit,[1]) utilem futuram esse et illis quoque viris doctis gratam, qui textus graecos a tribus interpretibus versos etiam magis perscrutabuntur. Hermas latinus, quem Angerus nobis promisit, meum graecum Hermam fortasse non tantum confirmabit, sed etiam hic illic emendabit. at vero etiam latino Hermae restituendo graecam meam editionem profuturam esse spero. itaque Hermae librum, non codicem Lipsiensem vel Sinaiticum, a me primo graece restitutum omnibus, quicunque antiquissimae ecclesiae christianae monumenta rite aestumant, legendum, viris doctis etiam accuratius restituendum tradidi. dignus enim est hic liber, cui operam impendamus assiduam.

[1]) non taceo, huic philologo doctissimo Sinaiticam lectionem Vis. I, 3 p. 7, 6. III, 9 p. 25, 2 *παηναι* magis placere quam Lipsiensem *παυϑῆναι*. contulit enim Choeroboscum p. 1324 b. sed prima plagula iam impressa mutare nolui, quum etiam Sim. IX, 5 p. 117, 11. 14. c. 10 p. 123, 22. *ἀναπαυϑῆναι* legatur. ceterum etiam Hegesippus apud Euseb. HE. IV, 22, 2 *συνεπάημεν*. eiusdem viri clarissimi coniectura Vis. III, 6 p. 19, 2 formam Alexandrinam *ἔσχοσαν* (S. *εσχαν*, L. *ἔσχον*) restituentis aut *ἔσχαν* probantis confirmari videtur vocabulis *εὐσταϑοῦσαν* Sim. VI, 2 p. 95, 9 *ἐδοκοῦσαν* Sim. IX, 9 p. 122, 21. cf. etiam Vis. I, 4 p. 7, 25 ubi L. *ἦλϑον*, S. *ηλϑαν*. p. 8, 8, L. *ἀπῆλϑον*, S. *απηλϑᾱ*, Vis. III, 2 p. 16, 1, ubi L. *κατέκοπτον*, S. *κατεκοπταν*. Clem. Rom. epi. I. c. 15 *εὐλογοῦσαν*. M. Schmidt etiam voc. *βούλῃ*, quod cod. Lips. saepius exhibet, non mutasset in vulgatum *βούλει*. Sinaitico codici omnino maximam fidem habendam esse censuit in formis vocabulorum hellenisticis a Lipsiensi ad puricris Graecitatis normam plerumque perpolitis, Lipsiensem vero auctoris mentem et verba fidelius exprimere.

II. DE HERMAE PASTORIS USU ET AUCTORITATE.

Hermae Pastorem vere pertinere ad Novum Testamentum extra canonem receptum testes docent antiquissimi. eo fortasse iam usus est *Πέτρου κηρύγματος* Heracleone Valentiniano et Clemente Alexandrino antiquioris auctor (cf. quae ad Mand. II. p. 36 notavimus). Irenaeus Lugdunensis Hermae Pastorem inter ipsas sacras scripturas recensuit (adv. haer. IV, 20, 2: *καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα,* cf. Mand. I. p. 35, 15 sq.). eadem fere aetate fragmentum illud celeberrimum indicis scripturae sacrae a Muratorio primum editum l. 73—80 haec retulit:

„pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe roma herma conscripsit sedente cathetra urbis romae ecclesiae pio ep̄s. fratre eius et ideo legi eum quidē oportet se puplicare vero in ecclesia populo neque inter profe⁝tas completum numero neque inter apostolos in finem temporum potest."

haec ita graece restitui [1]):

τὸν Ποιμένα δὲ νεωστὶ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ Ἑρμᾶς συνέγραψεν, καθημένου ἐν τῇ τῆς πόλεως Ῥώμης ἐκκλησίας καθέδρᾳ Πίου ἐπισκόπου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἀναγινώσκεσθαι μὲν δεῖ, δημοσιεύεσθαι δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ λαῷ οὔτε ἐν προφήταις, πληρωθέντος τοῦ ἀριθμοῦ, οὔτε ἐν ἀποστόλοις εἰς τὸ τέλος τοῦ χρόνου ἔξεστιν.

ipse Tertullianus nondum Montanistis addictus Hermae Pastorem ita laudavit, ut eum saltem non repudiaverit (de oratione c. XII vel XVI, cf. Vis. V. p. 34, 2. 3), sed Montanistis iam addictus Pastorem moechorum vehementer repudiavit (de pudicitia c. X. XX, cf. Mand. IV. p. 41, 1 sq.). Pseudo-Tertullianus autem terto Tertulliani libro adversus Marcionem etiam hos versus addidit:

Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus Pastor, quia (cui?) tradita verba locutus.

tum *versus scripturarum sacrarum*, quibus Crednerus [2]) libros in ecclesia africana tertii seculi lectitatos contineri censuit, Novi Testamenti libris etiam Pastorem addiderunt („pastoris versi ver. IIII," i. e. Pastoris latine versi versuum quatuor millia). ille, qui *homiliam de aleatoribus* Cypriani operibus additam conscripsit, Hermae Past. Sim. IX, 31 p. 143, 4—8. quasi scripturam divinam laudavit. quanta huius libri auctoritas fuerit, etiam mandato aliquo ad commendandam occidentis christiani consuetudinem paschalem in Vis. V. p. 34 aut Sim. X. p. 146, 5 sq. inserto docetur, de quo *liber pontificalis* in vita Pii: „sub huius episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei praecepit angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu Pastoris, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur." [3]) ita etiam prima epistula Pio episcopo falso subdita: „Nosse vos volumus, quod Pascha Do-

[1]) in libro: Der Kanon und die Kritik des Neuen Test. etc. Hal. 1863 ad p. 40.

[2]) Geschichte des Neutestamentlichen Kanon, ed. G. Volkmar, Berol. 1860 p. 175 sq.

[3]) hac de re cf. librum meum: der Paschastreit der alten Kirche etc. Hal. 1860 p. 195 not. 1.

mini die dominica annuis solemnitatibus sit celebrandum. istis ergo temporibus Hermes doctor fidei et scripturarum effulsit inter nos. et licet nos idem Pascha praedicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum eidem Hermae angelus Domini in habitu pastoris apparuit et praecepit ei, ut Pascha die dominica ab omnibus celebraretur."

etiam ad *orientales* Patres antiquissimos Hermae Pastoris auctoritas pervenit. *Clemens Alexandrinus*, cuius Stromatum textum nobis conservatum Hermae verbis (Vis. V. p. 35, 4. 5) incipere Guil. Dindorfius primus animadvertit, ea quae angelus poenitentiae Mand. XI. p. 68, 4—6 Hermae dixit laudavit (Strom. I, 17, 85 p. 369), quae Vis. III, 4 p. 18, 14—16 leguntur, divinitus Hermae dicta existimavit (Strom. I, 29, 181 p. 426). ita fere Clemens Alexandrinus etiam Strom. II, 1, 3 p. 430 (cf. Vis. III, 3 p. 17, 8. 9), Strom. II, 9, 43 p. 452 (cf. Sim. IX, 15 p. 129, 19 sq.). II, 12, 55. 13, 56. 57. p. 458 sq. (cf. Vis. III, 8 p. 23, 8—17. Mand. VII. p. 54, 12—p. 55, 6. Mand. IV, 2. 3 p. 42, 19—p. 43, 9. p. 43, 19—p. 44, 17). IV, 9, 76 p. 596 (cf. Vis. IV, 2 p. 32, 10—12). VI, 6, 46 p. 764 (cf. Sim. IX, 16 p. 131, 4—7). VI. 15, 131 p. 806 (cf. Vis. II, 1 p. 9, 1—4).

Origenes ipse Hermae Pastorem valde aestumavit et, quamvis a nonnullis iam contemptum, inter libros divinitus inspiratos recensuit. Comm. in epi. ad Rom. XVI, 14 (Opp. IV, 683) Adamantius notavit, Hermam ab apostolo salutatum auctorem Pastoris videri:

„*Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patroban, Herman et qui cum eis sunt fratres.* de istis simplex est salutatio, nec aliquid eis insigne laudis adiungitur. puto tamen quod Hermas iste sit scriptor libelli illius qui Pastor appellatur. quae scriptura valde mihi utilis videtur *et ut puto divinitus inspirata*. quod vero nihil eis laudis adscripsit, illa, opinor, est causa, quia videtur, sicut scriptura illa declarat,[1]) post multa peccata ad poenitentiam fuisse conversus. et ideo nec opprobrium ei aliquod adscripsit. didicerat enim a scriptura non improperare homini convertenti se a peccato. neque laudis aliquid tribuit, quia adhuc positus erat sub angelo poenitentiae, a quo tempore oportuno Christo rursus deberet offerri."

singulos Pastoris locos Origenes saepissime laudavit: de princ. I, 3, 3. II, 1, 5. Opp. I, 61. 69 (cf. Mand. I. p. 35, 15 sq.), ib. III, 2, 4, Opp. I, 140 (cf. Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq.). ib. IV, 11, Opp. I, 168 sq.: *διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ, τῷ Ποιμένι — — οὕτω διηγούμεθα* (cf. Vis. II, 4 p. 12, 6—12). Hom. VIII. in Num., Opp. II, 294: in illo libello Pastoris, si cui tamen libellus ille recipiendus videtur (cf Sim. VI, 4 p. 97, 4—7). Hom. XIII, 3 in Ezech., Opp. III, 404 (cf. Sim. IX, 2 p. 114, 7. 8. c. 15 p. 128, 23 sq.). in Oseam, Opp. III. 439, ubi Pastoris libro laudato additur: *τί ἄλλο ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα σημαίνει ἡ γραφή;* (cf. Vis. III, 2 p. 15, 20. 21. Sim. IX, 9. 13. p. 123, 1—3. 127, 1. 2). Tom. in Matth. XIV, 21, Opp. III, 644: *εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* (var. l. *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*) *γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας τὸ πρῶτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη*

[1]) cf. Vis. I, 1 p. 4, 4. c. 2 p. 5, 17. 6, 18. 19. II, 1 p. 8, 18. c. 3 p. 10, 25 sq. III, 1. 2 p. 13, 16. 20. c. 2 p. 14, 23 sq. III, 8 p. 24, 22. Mand. III. p. 39, 12 sq. Mand. IV, p. 43, 8 sq. c. 4 p. 45, 7 sq. Sim. VII. p. 98, 29.

ἂν ἡ τοῦ Ποιμένος κτλ. (cf. Sim. VIII, 3 p. 104, 3—5). in Matth. XXIV, 32, Opp. III, 872: sic et in aliqua parabola refertur Pastoris, si cui placeat etiam illum legere librum (cf. Sim. III. p. 82, 18 sq.). in Matth. XXIV, 42, Opp. III, 877 (cf. Mand. XII, 5 p. 76, 11—15). Hom. XXXV in Luc., Opp. III, 973 (cf. Mand. VI, 2 p. 51, 15 sq.). Tom. I, 18 in Joan., Opp. IV, 19 (cf. Vis. I, 1 p. 4, 12. Mand. I, p. 35, 15 sq.).

tot tantique sunt Pastoris testes antiquissimi, e quibus solus Tertullianus in Montanistarum castra transgressus Hermae librum plane damnavit, ceteri magni aestimaverunt et quodam modo inter Novi Testamenti libros canonicos receperunt. etiam in fragmento Muratoriano, ubi non apostolico, sed seriori cuidam Hermae, Pii episcopi fratri, Pastoris liber tribuitur, privata lectio conceditur, neque Pseudo-Tertullianus, qui idem retulit, revelationem angelicam negavit. ceteri omnes Hermae Pastorem sacrae scripturae canoni aut inseruerunt aut proxime adiunxerunt.

Eusebius Caesariensis, qui canonis christiani fines iam accuratius describere studuit, Hermae Pastorem inter *τὰ ἀντιλεγόμενα* recensuit. HE. III, 3, 6: *ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος* (Paulus) *ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους* (XVI, 14) *μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον, ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μέν τινων ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη, ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται. ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.*[1]) alibi quidem Eusebius Pastorem iam inter spuria recensuit, sed melioris notae, quae sunt *ἀντιλεγόμενα*. HE. III, 25, 4. 5: *ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί· ἔτι τε, ὡς ἔφην, ἡ Ἰωάννου ἀποκάλυψις, εἰ φανείη, ἥν τινες, ὡς ἔφην, ἀθετοῦσιν, ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς ὁμολογουμένοις. ἤδη δ' ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη.* idem Eusebius HE. V, 8, 7 Irenaei testimonium bene notavit: *οὐ μόνον δὲ εἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ Ποιμένος γραφήν, λέγων Καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας*[2]) *καὶ τὰ ἑξῆς.*

Hermae Pastori quamvis iam extra ipsum Novi Testamenti ordinem posito gravissima *Athanasii* auctoritas favebat. hic enim de incarnatione verbi c. 3 (Opp. I, 49 ed. Benedictinae) dixit: *ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις — — ἐξ οὐκ ὄντων καὶ μηδαμῶς ὑπάρχοντα τὰ ὅλα εἰς τὸ εἶναι πεποιηκέναι τὸν θεὸν διὰ τοῦ λόγου οἶδεν, ἥ φησι διὰ μὲν Μωϋσέως* (Gen. I, 1) *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος Πρῶτον πάντων*

[1]) hoc Eusebii testimonium codici Lipsiensi praemissum est, cf. Angeri praefat. p. IX.

[2]) *καὶ καταρτίσας* om. Schwegler, sed haec vocabula omnes codices exhibere asseruit Noltius (Theol. Quartalschrift 1860. II. p. 242) et recepit Laemmerus.

πίστευσον[1]) *κτλ.* (cf. Mand. I. p. 35, 15 sq.). de decretis Nicaenae Synodi c. 4 Opp. I, 211 (cf. Mand. IX. p. 62, 6. 7). ib. c. 18, Opp. I, 223 sq. docemur, etiam Arianos Hermae auctoritate usos esse: *ἐν δὲ τῷ Ποιμένι γέγραπται — ἐπειδὴ καὶ τοῦτο, καίτοι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κανόνος, προφέρουσι — Πρῶτον πάντων πίστευσον κτλ.* (cf. Mand. I. p. 35, 15 sq.). Arianos quoque Hermam laudasse docetur epistula ad Afros episcopos c. 5, Opp. I, 2, 895: *ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ Ποιμένι γραφὲν Πρῶτον πάντων πίστευσον κτλ.* (cf. Mand. I. p. 35, 15 sq. cf. p. 175 sq.). Epi. festalis XI. ed. Larsow: „Wenn man nicht selbst an dem Zeugniss des Hirten Anstoss nimmt, so mag's gut sein, auch den Anfang seines Buches anzuführen, wo er sagt: «Vor allem glaube, dass Ein Gott ist»" etc. (cf. Mand. I. p. 35, 15 sq.). haec omnia ad sola Mandata spectant, quorum primum Athanasius libri initium appellavit. propter haec praeclara mandata Hermae Pastorem praecipue catechumenis docendis perutilem censuit, cf. epi. fest. XXXIX (Opp. I, 2, 963): *ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι καὶ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς ὅτι ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μέν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος καὶ Σοφία Σιρὰχ καὶ Ἐσθὴρ καὶ Ἰουδὶθ καὶ Τοβίας καὶ διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων καὶ Ποιμήν. καὶ ὅμως, ἀγαπητοί, κἀκείνων κανονιζομένων καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστὶν ἐπίνοια, γραφόντων μέν, ὅτε θέλουσιν, αὐτά, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵν' ὡς παλαιὰ προφέροντες πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾶν ἐκ τούτων τοὺς ἀκεραίους.*

Hermae Pastorem Alexandriae omnino magni aestimatum esse etiam *Didymus* testatur in catena in Job. VIII, 17 (cf. Vis. III, 2 p. 15, 20. 21).

in occidente Athanasii iudicium fere verbo tenus repetiit *Rufinus* Aquileiensis in expositione in symbolum apostolicum c. XXXVIII: „sciendum tamen est, quod et alii libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt: ut est Sapientia Salomonis et alia Sapientia quae dicitur filii Syrach, qui liber apud Latinos hoc ipso generali vocabulo Ecclesiasticus appellatur, quo vocabulo non auctor libelli, sed scripturae qualitas cognominata est. eiusdem ordinis est libellus Tobiae et Judith et Maccabaeorum libri. in Novo vero Testamento libellus, qui dicitur Pastoris sive Hermatis, [et[2]] qui appellatur Duae viae vel Judicium Petri." ibi etiam *Philastrius* Brixiensis Hermae Pastore usus est, cf. quae ad Mand. I. p. 36 notata sunt.

nihilo minus in ipso occidente, fortasse propter Arianorum usum, Hermae Pastorem ex usu ecclesiastico sensim excidisse testatur *Hieronymus* de vir. illustr. c. 10 (Opp. II, 846 sq. ed. Vallars.): „Herman, cuius Apostolus Paulus ad Romanos (XVI, 14) scribens meminit: „Salutate Asyncritum, Phlegonta, Herman, Patrobam, Hermen, et qui cum eis fratres sunt," asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor et *apud quasdam Graeciae ecclesias iam publice legitur.* revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia, *sed apud Latinos pene ignotus est.*" idem in Prologo

[1]) totus hic locus in codicis Lipsiensis scholio ad marginem Vis. III. scriptus est, cf. Angeri praefat. p. X.
[2]) ita Crednerus l. l. p. 273.

galeato in libros Regg. (Opp. IX, 458 sq.): „igitur Sapientia, quae vulgo Salomonis inscribitur, et Jesu filii Sirach liber et Judith et Tobias et Pastor non sunt in canone." ipse quidem Hieronymus Comm. in Osee lib. II. c. 7, v. 9 (Opp. VI, 75): „unde et in libro Pastoris (si cui tamen placet illius recipere lectionem) Hermae videtur Ecclesia" etc. (cf. Vis. I, 2 p. 5, 21 sq. III, 10 p. 26, 19 sq. IV, 2 p. 31, 11 sq.). sed iam inter apocryphos libros Hermae Pastor recensetur in Comm. in Abacuc lib. I. c. 1, 14 (Opp. VI, 604 sq.): „ex quo liber ille apocryphus stultitiae condemnandus est, in quo scriptum est, quemdam angelum nomine Tyri praeesse reptilibus (cf. Herm. Past. Vis. IV, 2 p. 32, 2 sq.), et in hanc similitudinem piscibus quoque et arboribus et bestiis universis proprios in custodiam angelos assignatos" (cf. Clem. Recogn. I, 45).

in occidente Hermae auctoritatem iam paene evanuisse, etiam inde cognoscimus, quod *Joanni Cassiano* Collat. VIII, 17. XIII, 12 Hermae Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq. laudanti Prosper Aquitanus (contra collatorem c. XXX) haec respondit: „post illud autem nullius auctoritatis testimonium, quod disputationi suae de libello Pastoris inseruit" etc. *Gelasii* decretum de libris recipiendis et non recipiendis c. VI, 18 [1]) Pastorem ita damnavit: „Liber qui appellatur Pastoris apocryphus." *Operis imperfecti in Matth.* XIX, 28 [2]) quidem auctor Hermae Pastore usus est: „similiter propter gratias duodecim quas in persona duodecim virginum exponit angelus in Pastore, si tamen placet illa scriptura omnibus Christianis, inveniuntur duodecim esse tribus; ut puta, omnes animae, in quibus prae ceteris virtutibus praecellit virtus veritatis, una est tribus." (cf. Sim. IX, 15 p. 128, 23 sq). sed hic liber Arianismum quodam modo redolet suspectaeque est orthodoxiae.

etiam in orientali ecclesia Pastoris auctoritas sensim delapsa est. frequentem adhuc huius libri usum docent Pseudo-Athanasii Praecepta ad Antiochum et Antiochi Palaestinensis Homiliae (v. supra p. VIII, not. 3. 4). etiam *Maximus Confessor* sec. VII. Hermae librum laudavit [3]): *τελεσιουργίαν δὲ ἀγγέλων λέγει, ὡς ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ καὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἑρμηνεύσαντος αὐτό, καὶ περὶ τοῦ ποιμένος τὸν Ἑρμᾶν τελειώσαντος, ὡς ἐκεῖ ἀνέγνωμεν ἐν τῷ Ποιμένι. — — καὶ ὅτι διὰ τῶν ἀγγέλων αἱ ψυχαὶ χειραγωγοῦνται, αἱ ζωὴν ἀγγελικὴν ἐπιτηδεύουσαι. οὕτω καὶ ἐν τῷ Ποιμένι ἀνέγνωμεν* (cf. Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq.). etiam sec. X exeunte *Nicetas* Serron in Gregor. Nazianz. orat. XL circa finem [4]) Pastoris Mand. I. p. 35, 15 sq. laudavit. sed *stichometria Nicephori*, [5]) qui mortuus est a. 828 p. Chr., iam inter Novi Testamenti apocrypha recensuit: *Ἰγνατίου, Πολυκάρπου, Ποιμένος καὶ Ἑρμᾷ* (sic).

ceterum Hermae Pastor, quamvis inter libros apocryphos reiectus, ab orientalibus et occidentalibus Christianis legebatur. Joannes quidem Sarisbe-

[1]) in Credneri libro: Zur Geschichte des Kanons p. 217.

[2]) Hom. XXXVIII p. CXLII append. ad Tom. VI. Joannis Chrysostomi operum ed. Paris. 1724.

[3]) in scholiis in Dionysii Areopagitae de divinis nominibus librum, cf. Dionysii Areopagitae opera ed. Petrus Lanselius et Balth. Corderius, Tom. II. ed. II. Lutet. Paris. 1644 p. 129.

[4]) Gregorii Naz. opera ed. Colon. 1690. II, 1087. cf. Addenda et corrigenda.

[5]) in Credneri l. l. p. 145, in eiusdem historia canonis Novi Testam. p. 244.

riensis epi. CLXXII ad ea quae Hieronymus in prologo galeato iudicavit haec notavit: „ille autem qui Pastor inscribitur (sc. liber) an alicubi sit nescio; sed certum est quod Hieronymus et Beda [1]) illum vidisse et legisse se testantur.“ sed vetus illa versio latina, quam iam versus illi scripturarum sacrarum (cf. supra p. X) testari videntur, tot codicibus propagabatur. alteram latinam versionem codex ille Palatinus conservavit. in oriente autem Aethiopia propriam versionem, montium Atho et Sinai monasteria ipsum graecum textum nostrae aetati conservarunt.

III. DE HERMAE PASTORIS ORIGINE, DOCTRINA ET INDOLE.

Hermam ad apostolorum aetatem pertinere illumque esse antiquissimae ecclesiae Romanae virum, cui Paulus in epi. ad Romanos XVI, 14 salutem nuntiavit, ipse Pastoris liber indigitavit, si quidem Clementem Romanum, cuius coaetaneus Hermas supponitur (Vis. II, 4 p. 12, 7 sq.), cum Recognitionibus et Homiliis, quae sub illius nomine feruntur, iam apostolorum aetate vixisse statuit. tanta autem libri antiquitas falso indigitatur, quamquam apostoli illi, episcopi, doctores et diaconi, sempiterna concordia coniuncti, non omnes mortui dicuntur (Vis. III, 5 p. 18, 25 sq.), tamen alibi apostoli iam inter mortuos recensentur (Sim. IX, 4 p. 116, 5. c. 15 p. 129, 23 sq. c. 16, p. 130, 23 sq.), serioremque aetatem totus liber ipse prodit. itaque — ut de aethiopico interprete ipsum Paulum Pastoris auctorem declarante (v. supra p. VII. not. 7) taceam — non omnes scriptores antiqui Origenem secuti Hermam apostolicum Pastorem scripsisse existimaverunt (cf. supra p. X sq). iam Irenaei coaetaneus ille, cuius est fragmentum Muratorianum, Pseudo-Tertullianus, liber pontificalis, Pseudo-Pius, alii seriorem quemdam Hermam fratre Pio urbis Romae episcopo, i. e. annis 139—155 p. Chr., [2]) Pastorem scripsisse tradiderunt. qui si aetatem recte tradiderunt, tamen valde dubito, ipsius episcopi Romani fratrem episcopum et presbyteros ecclesiae tam acerbe vituperasse et castigasse. [3])

I. Illum, qui Pastorem composuit, *Judaismum christianum*, quamvis iam valde mitigatum, defendisse constat. [4]) id quod patres orthodoxi non animadverterunt, totius libri suavitate et clarissimis praeceptis delectati. unicum Deum unicam fidei materiam Hermas Mand. I. p. 35, 15 sq. plane eodem modo praedicavit, quo Pseudo-Clemens (Recogn. I, 7. 35. Hom. II, 12). propter solam huius Dei ignorantiam gentiles combustum iri docemur Sim. IV. p. 83, 22—24. unici Dei filium Hermas agnovit, sed eadem ratione, qua etiam acerrimi Judaismi christiani propugnatores uni Deo Spiritum sanctum ad-

[1]) Ad Act. XII, 15: „quod unusquisque nostrum habeat angelum, et in libro Pastoris et multis sanctae scripturae locis invenitur“ (cf. Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq.). etiam Walafridus Strabo (Vision. Wettini v. 675) librum Pastoris laudavit.

[2]) cf. R. A. Lipsii perdoctum librum: Zur Quellenkritik des Epiphanios, Vindobon. 1865 p. 60 not.

[3]) cf. Vis. III, 9 p. 25, 21 sq. Sim. IX, 26 p. 137, 24 sq. c. 31 p. 134, 4 sq.

[4]) cf. quae hac de re iam disserui (Apostol. Väter p. 165 sq., Zeitschrift f. wiss. Theologie 1858. III. p. 423 sq.) et quae Lipsius bene addidit in commentatione sua: der Hirte des Hermas und der Montanismus in Rom, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1865 III p. 269 sq.

iungebant.[1]) ita Hermas Sim. V, 5 p. 89, 15. IX, 1 p. 112, 18 Spiritum sanctum Dei filium proprium praedicavit. hic filius Dei Sim. IX, 12 p. 125, 11 sq. antiquior dicitur omni creatura, quem pater ipse de sua creatura consuluit. eiusdem nomen immensum est totumque mundum sustentat (Sim. IX, 14 p. 128, 14. 15). hic est filius Dei unigenitus.[2]) sed Hermas etiam alium Dei filium inducere videtur, angelum sex clarissimis angelis clariorem (Sim. IX, 12 p. 126, 7 sq.). ita Ebionaei quidam, teste Epiphanio (Haer. XXX, 16) Christum negabant e Deo patre genitum esse, *ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων καὶ ἔτι περισσοτέρως, αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος πεποιημένων*. eadem ratione Christus apud Hermam praeclarissimus est angelus.[3]) ecce alterum Dei filium Christum angelorum principem! Lipsius quidem l. l. p. 279 sq. hos duos Dei filios, divinum et angelicum, unum eundemque existimavit,[4]) sed utriusque discrimen etiam Sim. V., ubi tota Hermae doctrina quodam modo comprehenditur, aperte docet. Dominus, qui est Deus, in parte agri, qui est mundus, vineam sibi plantasse, i. e. populum Dei condidisse dicitur. iam peregrinaturus dominus servum aliquem fidelem vites palis iungere iussit, huius laboris mercedem libertatem pollicitus. nam Deus usque ad reditum suum, i. e. usque ad diem iudicii, populum, quem ipse plantavit, filio suo tamquam servo per sanctos angelos confirmandum et custodiendum tradidit. profecto igitur domino, servus ille, qui est filius Dei, non solum vitibus palos dedit, sed etiam vinea defossa lolia delevit, h. e. servorum Dei iniquitates abolevit. florente autem vinea Dominus ex itinere redux, i. e. iam mundum iudicaturus, valde laetatus est. itaque filium suum et haeredem, i. e. filium unigenitum, amicosque, quos consulere solebat, convocavit et se servum illum non tantum liberum missurum, sed etiam haereditatis socium creaturum esse professus est. quod Domini consilium filius et amici, i. e. Spiritus sanctus et angeli sancti, comprobaverunt. peccata populi Jesu morte abolita esse nemo non videt. itaque in haeredis locum recipitur Jesus a mortuis resuscitatus. servo iam cohaeredi post paucos dies Dominus, qui est Deus, e convivio cibos misit, quos hic satiatus inter conservos, i. e. coetum fidelium, distribuit, qui ei propter haec dona vel *χαρίσματα* gratias quam maximas habent. eo magis servus ille filii socius in haereditate agnoscitur.

1) cf. librum meum: die apostol. Väter p. 167. not. 16.

2) cf. Clem. Recogn. IV, 9. VI, 8. Hom. XI, 24. XVI, 12.

3) cf. quae hac de re iam disserui (apostol. Väter p. 139 not. 1, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1858. p. 428 sq.).

4) Spiritum sanctum eiusque singulas vires (*ἅγια πνεύματα*) Lipsius apud Hermam etiam tamquam angelos describi censuit. nam hominem, cui duo spiritus, sanctus et malus, inhabitant (Mand. VI, 1 p. 46, 11 sq. c. 2 p. 49, 7), etiam duos angelos, iustitiae et nequitiae, comitari (Mand. VI, 2 p. 51, 12 sq.). sed alter ab altero spiritus pellitur et impugnatur. Mand. XI. p. 67, 12 sq. primo quidem spiritu divino opponitur spiritus diaboli, qui e pseudoprophetis loquitur, tum inducitur angelus prophetiae, qui hominem spiritu sancto replet (p. 69, 7 sq.). sed spiritus et angelus minime idem valent, eademque ratio inter spiritum sanctum, Dei filium unigenitum, et Christum angelorum principem intercedit, quae inter spiritum propheticum et angelum huic ministrantem. ita Christus archangelus spiritui sancto ministrat, quemadmodum etiam homo *σκεῦος* (Mand. V, 1 p. 46, 3), *ἀγγεῖον* (Mand. V, 2 p. 49, 8) Spiritus sancti appellatur.

ita praeter dominum Deum, qui sibi ipse populum creavit, eius filium haeredemque proprium, qui est Spiritus sanctus, iam habemus filium Dei adoptatum illum servum, cui populi divini custodia angelica commissa est. hic Ebionaeorum archangelo principi plane respondet, quamvis cum Spiritu sancto cui ministrat paulo arctius coniunctus. quod autem ille archangelorum princeps populi divini delicta sponte abolevit, quodam modo respondet Paulinae illi sententiae in epi. ad Philipp. II, 6—8: *ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.* Hermas enim praeter divinam illam filii Dei formam, qua est Spiritus sanctus, et angelicam, qua populo divino angelos custodes constituit, tertiam novit quodam modo *humanam*. ipsa caro bene sancteque conversata Spiritui sancto adsociatur et locum assequitur divinae habitationis (Sim. V, 6 p. 90, 28), per resurrectionem in sedes divinas elevata. servitutis fidelis, quam Christus angelorum princeps in humana carne Spiritui sancto, Dei filio proprio, praestitit, ea est merces, ut tamquam Dei filius adoptatus inter Deum et Spiritum sanctum ascenderit. haec est iudaizans Hermae *κένωσις*, ita a Paulina diversa, ut Christus, quamvis Spiritus sancti minister, in humana vita et morte obedientiam divinae voluntati praestitam supergressus existimetur. haec est iudaizans Hermae trinitas per filii Dei triplicem formam constructa. [1]) ita filius Dei, qui omni creatura antiquior est, novissimis demum temporibus per carnem manifestatus est (Sim. IX, 12 p. 135, 15 sq.). Hermas Ebionaeorum sententias, qui Christum vel hominem spiritu sancto plenissimum vel archangelum principem statuebant, cum inter se tum cum illa catholicae ecclesiae trinitate coniunxit, quae per patrem, filium et spiritum sanctum efficitur.

Sim. V., totius Hermae doctrinae quasi compendium, etiam de Christi opere et de ecclesia sententiam praebet plane iudaizantem. unicus Deus unicum habet populum, neque plane novus Dei populus per Christum conditus est. Christus eiusdem populi divini, cuius angelicam custodiam diu ante instituerat, delicta in carne humana mortem perpessus delevit. eidem Dei populo Christus e mortuis resuscitatus praecepta divina communicavit. itaque ecclesia omnium prima creata est (Vis. II, 4 p. 11, 20 sq.). iam ante Christum in carne manifestatum per tres illas aetates, quarum tertia prophetarum erat, spiritus sancti vires singulae a iustis hominibus

[1]) hac in re Lipsio assentiri non possum, l. l. p. 279 disserenti: „Um so weniger werden wir ein Recht haben, mit Hilgenfeld (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1858 p. 435) das „Engelwesen“ Christi von seiner irdischen Erscheinung in *dem* Sinne zu scheiden, dass jenes als der eigentlich substantielle Gehalt seiner Persönlichkeit betrachtet würde. Vielmehr ist das *πνεῦμα ἅγιον* in ihm offenbar [?] mit seinem „Engelwesen“ identisch, das eigentlich Substantielle an der historischen Persönlichkeit Jesu ist vielmehr seine *wahrhafte Menschheit*, während das „Engelwesen“ nicht dem Menschen Jesus Christus, sondern nur dem präexistenten Gottessohn, der anderwärts *πνεῦμα ἅγιον* benannt wird, zukommt.“ angelica forma propriam Christi substantiam constituit, accessit humana Jesu forma, quemadmodum Spiritus sanctus seu filius Dei anus illius, quae ecclesiam repraesentat, angelus poenitentiae pastoris formam induit.

portabantur [1]) novum quidem et proprium Christi opus etiam Hermas agnovit, sed opus quoddam supererogationis et extra ordinem factum. quia populus Dei deliquit, filius Dei quod Dominus non mandaverat peregit, carnem humanam induit et paulo ante Domini reditum seu summi iudicis adventum sponte mortem passus est. ita iam christiana ecclesia conditur, sed veteris illius divini populi ordine conservato. ad turrim ecclesiae perficiendam post apostolos, episcopos, magistros et diaconos sanctos, qui fundamenta iecerunt, post martyres christianos, qui ex abysso trahuntur, de terra, i. e. de communi hominum genere, primi ipsi accedunt lapides non politi, i. e. dum vivebant, per fidem Christianis propriam nondum eruditi, [2]) veteres illi iusti, qui *ἐπορεύθησαν ἐν τῇ εὐθύτητι τοῦ κυρίου καὶ κατώρθωσαν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ* (Vis. III, 5 p. 19, 9 sq.). qui sequuntur lapides iam non ipsi accedunt, sed adferuntur et in turris structura ponuntur, i. e. per gratiam Christi recipiuntur. hi sunt, qui plerique e gentibus, pars etiam e Judaeis in Christum, mortuum et resuscitatum crediderunt: *νέοι εἰσὶν ἐν τῇ πίστει* (gentiles fideles) *καὶ πιστοί* (Judaei fideles)· *νουθετοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸ ἀγαθοποιεῖν, διότι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτοῖς πονηρία.* [3]) novus igitur coetus fidelium, cuius maxima pars e gentilibus collecta est. sed novus coetus veteris populi divini ordinem prorsus continuat, et ipse angelorum custodiae traditus. etiam post Christi meritum extraordinarium duodecim populi divini tribus supersunt (Sim. IX, 17 p. 131, 17 sq.). evangelium tantum abest, ut legem sustulerit, ut lex sit innovata et ubique terrarum publicata. [4]) etiam fidelium conventus *συναγωγαί* dicuntur, [5]) iustis et fidelibus peccatores et gentiles per se damnati opponuntur. [6])

Hermas haec docens a Pauli doctrina procul abest eique etiam adversatur. ipse Paulus e certo et absoluto duodecim apostolorum ordine (Sim. IX, 17 p. 131, 17 sq.) exclusus, si non reprobatur, tamen in inferiorem magistrorum praedicationis filii Dei ordinem (Sim. IX, 15 p. 129, 23. 24. c. 16 p. 130) recensetur. damnantur autem, quicunque fide christiana recepta cum gentilibus convivunt neque opera fidei (*τὰ ἔργα τῆς πίστεως*) peragunt, adeo ad gentilium mores defecerunt (Sim. VIII, 9 p. 110, 13 sq.). nomen christianum non sufficit ad salutem, nisi spirituum sanctorum virtutes accesserunt (Sim. IX, 13 p. 126, 17 sq.). praeter fidei confessionem etiam opera postulantur (Sim. IX, 21 p. 134, 21 sq.). *οἱ πιστεύσαντες μόνον, τὰ δὲ ἔργα τῆς ἀνομίας ἐργαζόμενοι,* quamvis a Deo et fide christiana non defecerint servisque Dei

[1]) Sim. IX, 15. 16 p. 129, 19 sq. cf. Vis. III, 5 p. 19, 9 sq.

[2]) Lipsius l. l. p. 272 sq. bene quidem monuit, etiam hos iustos veteres non sine Christi nomine et baptismo in Dei regnum intrare (cf. Sim. IX, 12 p. 125, 21 sq. c. 16 p. 130, 11 sq.). sed fidei christiana sigillum in vita ipsa nondum receperunt, apud inferos ab apostolis inaugurati.

[3]) sic emendatam meam sententiam etiam Lipsio, qui l. l. p. 273 sq. nonnulla contra me disputavit, placituram esse spero. bene Lipsius etiam voc. *οὐχ* servavit, a Tischendorfio damnatum.

[4]) Sim. V, 5 p. 89, 20 sq. c. 6 p. 90, 9 sq. VIII, 3 p. 103, 31 sq.

[5]) Mand. XI. p. 69, 3 sq. c. 23 p. 70, 2 sq. cf. epi. Jacob. II, 2 et quae Epiphanius Haer. XXX, 18 de Ebionaeis retulit.

[6]) Vis. I, 4 p. 8, 5. 6. II, 2 p. 10, 8. Mand. IV, 1 p. 42, 3. XI. p. 68, 10. Sim. I. p. 80, 2. 3. IV. p. 83, 17 sq. VIII, 9 p. 110, 16 sq. Sim. IX, 28 p. 140, 9.

hospitia praebuerint (cf. Matth. XXV, 34 sq.), revocantur ad poenitentiam, quam nonnulli iam martyrio praestiterunt (Sim. IX, 10 p. 111, 13 sq.). non mirum, Hermam ita sentientem epistula Jacobi Pauli doctrinam impugnantis libenter usum esse. [1])

quantum inter Barnabae epistulam et Hermae Pastorem discrimen animadvertimus! ibi ad testamentum divinum, quod Christiani demum receperunt, extra ordinem Judaismus accedit (IV. p. 8, 25 sq. IX. p. 28, 8 sq. XIV. p. 46, 8 sq.). hic ad veteris populi divini religionem iudaicam extra ordinem Christianismus accedit. Christi mortem salutariam Barnabas (V. p. 12, 12 sq. VII. p. 20, 17 sq. VIII. p. 24, 24 sq. XII. p. 38, 25 sq.) a prophetis praedictam, Hermas ipsi Deo improvisam descripsit. hanc mortem perpessa caro Christi apud Barnabam (V. p. 14, 8 sq.) divinae gloriae velamen habetur, [2]) apud Hermam divinae gloriae mercedem recepit. vetus lex per Christum ibi (II. p. 4, 25 sq.) abrogatur, hic adimpletur. plane novus ibi (V. p. 12, 32 sq. XIII. p. 44, 22) Dei populus per fidem christianam colligitur, veteris divini populi tribus duodecim hic etiam gentiles fideles complectuntur. duodecim apostolos ab ipso Christo vivente creatos Barnabas (V. p. 14, 5. 6) summos peccatores, Hermas [3]) omni culpa vacuos appellavit.

ita iudaizantem Hermae Pastorem Arianis placuisse non mirabimur, neque mirum est, hunc librum post Arianorum turbas orthodoxae ecclesiae primum occidentis, tum etiam orientis paullatim minus placuisse. nisi historiae lucem omnem fugiamus, [4]) illo libro in antiquissima ecclesia modo non canonico Judaismum christianum iam in catholicae ecclesiae castra transeuntem repraesentari confiteamur oportet.

II. Iam ante quam orthodoxae ecclesiae patronis iudaizans Hermae doctrina displicere coepit, erant qui hoc libro offendebantur. offendebantur autem *Montanismi* defensores propter secundam poenitentiam ipsis adulteris concessam. Tertullianus in „Pastorem moechorum" invectus est (cf. quae ad Mand. IV. p. 41 notavimus). itaque Cotelerius Hermae Pastorem propugnaculum fidei catholicae adversus Montani duritiem appellavit. non defuerunt, qui Hermae Pastorem cum novae illius prophetiae montanisticae motibus vel omnino vel ex parte coniungerent. post Blondellum Dornerus [5]) Hermam tamquam Montanismi praecursorem descripsit. quem secutus A. Ritschl [6]) ipsi Montanismi historiae Hermae Pastorem inseruit. affinitatem aliquam Hermae

[1]) Mand. XII, 5 p. 76, 8. 9. cf. Jacob. IV, 7; c. 6 p. 77, 11. 12. Sim. IX, 23 p. 136, 17. cf. Jac. IV, 12. Sim. IX, 24 p. 137, 3. cf. Jac. I, 5.

[2]) ceterum etiam Barnabas (VII p. 20, 28. XI, p. 38, 15) carnem Christi τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος appellavit, cf. Herm. Sim. V, 6. p. 90, 15 sq.

[3]) Vis. III, 5 p. 18, 21 sq. Sim. IX, 15 p. 129, 23 sq. c. 16 p. 130, 23 sq. c. 25 p. 137, 15 sq.

[4]) ita Lechlerus (das apostol. und das nachapostol. Zeitalter ed. II. Stuttgart. 1857 p. 489 sq.) et H. Hagemann (die römische Kirche und ihr Einfluss auf Disciplin und Dogma in den drei ersten Jahrhunderten, Friburgi Bris. 1864. p. 673) Hermam iudaizare negaverunt.

[5]) Entwickelungsgeschichte der Lehre von der Person Christi, ed. II. p. 185 sq.

[6]) Entstehung der altkathol. Kirche ed. I. (1850) p. 546 sq., cautius in ed. II. (1860) p. 529 sq.

et Montanismi etiam Baurius agnovit.[1]) hanc affinitatem equidem non nego. sed discrepantiam maiorem iudico,[2]) contra R. A. Lipsius[3]) affinitatem discrepantia maiorem defendere coepit.

hanc quaestionem hic solvere nolo. nam obscurae sunt etiam nunc Montanismi origines. Pastorem paulo post tertium seculi secundi decennium[4]) conscriptum esse Lipsio libenter concedo, sed ante medium seculum secundum compositum esse contendo, non vetante Lipsio. equidem et ipse testibus illis credo, qui hunc librum Pio episcopo (136—155) conscriptum esse retulerunt. Gnosticorum sectas antiquiores Hermas iam novit propagatas.[5]) sed Marcionem Romae docentem et Justino Martyri Apol. I. c. 26 p. 70. ibi c. a. 147 p. Chr. bene notum Hermas etiam Lipsio nondum nosse videtur. Antonino Pio iam imperante (138—161 p. Chr.) Hermae Pastorem editum esse concedo, sed primis huius imperatoris temporibus (139—147) editum censeo.[6]) itaque ipsam vitam et mortem Christi, quem Justinus (Apol. I, 46 71) iam ante CL annos natum dixit, Hermas adhuc novissimis temporibus comprehendit[7]). iam hac in re Hermae Pastor paulo antiquior esse videtur illa nova prophetia Montanistarum, qui post Christi et apostolorum tempora iam praeterlapsa novam Spiritus sancti vel Paracleti aetatem omnes praedicabant, huic demum prophetiae novissima tempora vindicantes.[8]) spiritum quidem Dei novissimis

[1]) Christenthum der drei ersten Jahrhunderte. ed. I. (1853) p. 269 sq., ed. II. (1860) p. 294 sq.

[2]) Apostol. Väter p. 177 sq.

[3]) in commentatione illa iam laudata et omnino laudanda: der Hirte des Hermas und der Montanismus in Rom, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1865. III. p. 266 sq. 1866. I. p. 27 sq.

[4]) ita ipse censui in libro meo: die apostol. Väter p. 158 sq.

[5]) Vis. III, 7 p. 21, 22—26. Sim. V, 7 p. 91, 9—11 (ubi ad Antinomistarum doctrinam respicitur). VIII, 6 p. 108, 8 sq. IX, 19 p. 133, 10 sq. c. 22 p. 135, 12 sq. quae equidem iam disserui (apostol. Väter p. 177) illis quae Lipsius l. l. p. 283 sq. disputavit, confirmantur potius quam refelluntur. Sim. IX, 21 p. 134, 21 sq. huc non respicit.

[6]) Hagemannus (der Hirte des Hermas, theol. Quartalschrift 1860. I. p. 30 sq.) famem illam Romae ortam, quam Antoninum Pium „per aerarii sui damna emendo et gratis populo dando“ sedasse Julius Capitolinus (c. 8. 9) retulit, apud Hermam (Sim. IX, 26 p. 137, 24 sq. X, 4 p. 148, 27 sq. cf. etiam Vis. III, 9. 25, 7 sq., Mand. II. p. 37, 11 sq. Sim. II, p. 81, 9 sq. etc.) supponi censuit. mihi quidem etiam alter ille filius Dei consentientibus proprio Dei filio et angelorum divino consilio adoptatus et cohaeres creatus Sim. V, 2 p. 85. 26 sq. c. 5 p. 89, 15 sq. c. 6 p. 90, 13 sq.) Antonini Pii aetatem innuere videtur, qui ab Adriano imperatore a. 138 p. Chr. adoptatus ipse M. Annium Verum (M. Aurelium) adoptare debebat (cf. Dion. Cass. LXIX, 21. Spartian. Hadr. c. 24. Ael. Ver. 6. Jul. Capitol. Antonin. P. c. 4. Aurel. Vict. Caes. c. 14). etiam L. Aelius Commodus (Verus Antoninus) ab Antonino Pio vel a M. Aurelio adoptatus est. (cf. Dion. Cass. l. l. et LXXI, 35, Jul. Capitolin. M. Aurel. c. 5). ita duos iam habemus Domini filios. neque multo seriorem Hermae Pastorem iudico, quinto seculi secundi decennio conscriptum. Justinus Martyr aetate paulo serior Apol. I, 1 p. 53 M. Aurelium, a. 147 proconsulari imperio ornatum, iam novit imperii socium, cf. Volkmari commentationem: Die Zeit Justin's des Märtyrers, theol. Jahrb. 1855. p. 235 sq.

[7]) Sim. V, 2 p. 85, 18 sq. c. 5. p. 89, 13 sq. c. 6 p. 90, 3 sq. IX, 12 p. 135, 12 sq.

[8]) cf. praefat. Act. Felic. et Perpetuae, Epiphan. Haer. XLVIII, 8. Tertullian. de virgin. veland. c. 1, de baptismo c. 13.

temporibus renovatum iam Hermas praedicavit,[1]) sed non recenter effusum. idem procul abest a severa Montanistarum doctrina. nam omnibus fere peccatis remissio adnuntiatur, etiam adulterio[2]) et idololatriae,[3]) quibus veniam dari Montanistae negabant.[4]) post fidem receptam una poenitentia conceditur.[5]) poenitentiae quidem certus dies vel terminus statuitur.[6]) sed haec omnia Montani nova prophetia antiquiora esse ex Elxai libro Traiani imperatoris anno tertio (100 p. Chr.) conscripto etiam nunc concludo,[7]) cuius libri fragmenta meae Hermae editioni addenda esse censui.

Elxai prophetiam iam a. 100 p. Chr. conscriptam esse certissime constat.[8]) si enim ipsi prophetae hunc annum profitenti fidem denegare velimus, tamen ut credamus cogimur illa vaticinatione, qua rursus impletis tribus annis Traiani impiorum aquilonis angelorum bellum praedicitur (p. 164 sq.), quod vaticinium eventu caruit. non mirum igitur, quod occidentalis Hermas illius orientalis prophetiae vestigia quodam modo secutus est.

iam prima Hermae visio per anum libellum manibus tenentem efficitur, cuius libelli Hermae praelecti ultima pars omnium rerum mutationem praedixit et promissa electis Dei iam implenda adnuntiavit (Vis. I, 2 p. 5, 21 sq. c. 3 p. 7, 5 sq.). anus illa, quae est ecclesia, adeo ipse Spiritus sanctus (Sim. IX, 1 p. 112, 15 sq.), quum iterum apparuit, eundem librum Hermae describendum tradidit (Vis. II, 1 p. 8, 19 sq.). libellus autem omnibus sanctis certum poenitentiae terminum et calamitatem maximam iam imminentem, Dominum negaturis veniam derogandam nuntiavit (Vis. II, 2. 3 p. 9, 9 sq.). eundem libellum sequentibus revelationibus auctum Hermas urbis Romae presbyteris communicare et bis scriptum Clementi ad exteras civitates missuro, Graptae viduas orbosque admoniturae communicare iubetur. totus igitur Hermae Pastor libelli coelitus traditi fundamento superstructus est. — talem autem libellum vel e coelis demissum vel ab angelo mirae magnitudinis, i. e. filio Dei, quem feminina forma Spiritus sanctus comitabatur, sibi traditum iam Elxai protulit non omnibus quidem, sed solis dignioribus et iuramento adstrictis publicandum (p. 159. 165). filius Dei et Spiritus sanctus, qui apud Hermam iam comprehenduntur, apud Elxaeum adhuc tamquam masculus et femina discernuntur. ceterum iam secretior ille Elxaei liber exitum seculi praedixit (p. 165) et ad poenitentiam agendam monuit, hac quoque in re antiquior, quod poenitentiam cum baptismo repetito coniunxit (p. 158 sq.). Hermas iam unicum

[1]) Vis. II, 2. p. 9, 19 sq. III, 2 p. 15, 1 sq. Mand. IV, 3 p. 44, 5 sq. c. 4 p. 45, 4 sq. c. XII, 3 p. 73, 16 sq. Sim. VIII, 6. p. 107, 25. IX, 14 p. 128, 6.

[2]) Mand. IV, 1. p. 41, 14 sq.

[3]) Vis. II, 2 p. 16, 19 sq. Sim. IX, 26 p. 137, 31 sq. cf. Mand. VIII. p. 59, 4. 5.

[4]) cf. Tertullian. de pudicitia c. 19.

[5]) Mand. IV, 1 p. 41, 20. c. 3 p. 44, 15.

[6]) Vis. II, 2. p. 9, 19 sq. III, 2. p. 15, 1 sq. Mand. IV, 3. p. 44, 5 sq. V, 4 p. 45, 4 sq. XII, 3 p. 73, 16 sq.

[7]) cf. quae hac de re iam monui (apostol. Väter p. 179 sq., Zeitschr. f. wiss. Theologie 1858. III. p. 417 sq.).

[8]) hanc libri antiquitatem praeeunte Ritschelio etiam A. B. van der Vries (de beide Brieven aan de Thessalonicensen, Lugd. Bat. 1865. p. 154 not.) negavit, sed cautius iam Lipsius (Zur Quellenkritik des Epiphanios p. 143, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1865. III. p. 289) locutus est.

baptismum docuit (Mand. IV, 3 p. 43, 15 sq.), sed eandem appellationem filii Dei τοῦ μεγάλου βαϭιλέως (cf. p. 159) repetiit (Vis. III, 9 p. 26, 4) et aquae sanctitatem ab Elcesaitis celebratam (cf. p. 161 sq.) ipse docuit (Vis. III, p. 17, 4 sq. Sim. IX, 16 p. 130, 10 sq.).

poenitentiae Hermas certum terminum indixit.[1]) eandem omnibus concessit praeter illos, qui fidem simulaverunt et cum omni nequitia coniunxerunt (Vis. III, 6 p. 20, 4 sq.), qui prorsus a Deo defecerunt (Vis. III, 7 p. 21, 26 sq.) et nomen divinum blasphemiis perfuderunt (Sim. VI, 2 p. 93, 19 sq. VIII, 6 p. 108, 1 sq). sed etiam reprobatis post poenarum cruciatus poenitentiam aliquam concessit (Vis. III, 7 p. 22, 11 sq.). — ita fere iam Elxaeus poenitentiam praedicaverat, ut omnibus peccatis veniam promiserit. omni libidini et impudicitiae, etiam pseudoprophetiae remissio per novum baptismum acquirenda nuntiatur (p. 159 sq.). illis, qui in tentatione nomen christianum negaverunt, ab utroque propheta, Elxaeo (p. 166 sq.) et Herma (Vis. II, 2 p. 10, 19 sq. Sim. IX, 26 p. 137, 1 sq.), venia quaedam conceditur.

Hermas a coniugali quidem consuetudine recedere iubetur (Vis. II, 2 p. 9, 17), sed hac sola ratione, ut ad divinas revelationes praeparetur.[2]) etiam coniugi superstiti secundum matrimonium conceditur (Mand. IV, 4 p. 44, 23 sq.). Elxai matrimonium, quo ipse usus progeniem creavit, ita commendaverat, ut coelibatum plane reprobaverit (p. 162).

Hermas Judaismum christianum, quamvis iam cultiorem, a circumcisione et Essaeorum baptismis repetitis immunem, professus est, Paulo saltem inter apostolos locum denegavit eiusque doctrinam de fide sola iustificante respuit. Elxaeus et ipse Judaismum christianum, sed longe rudiorem et antiquiorem professus est (p. 161 sq.).

ad Hermae iudaizantem de Christo et trinitate doctrinam iam expositam etiam excelsa Christi statura (Sim. IX, 6 p. 118, 12. 13. c. 12 p. 126, 4 sq.) referenda est. adeo maiorem Christi figuram Elxai docuit (p. 157 sq.). etiam triplicem illam Christi formam, quam apud Hermam animadvertimus, Elxaeus praeivit, quippe qui Christum superiorem et inferiorem distinxerit (cf. p. 163). Spiritus sancti virtutes septem Hermas descripsit (Vis. III, 8 p. 23, 4 sq.). septem testes coelestes iam Elxaei liber (p. 159 sq.) numeravit. illa *ἅγια πνεύματα*, quae Hermas memoravit (Sim. IX, 13 p. 126, 15. c. 15 p. 130, 2 sq.), iam Elxaei contestatio praebuit (l. l.).

pseudoprophetas etiam Christianis quae desiderabant pecuniae pretio vaticinantes Hermas Mand. XI. p. 67, 12 sq. descripsit. asseclae autem Elxaei, qui etiam pseudoprophetas ad suam poenitentiam convocavit (p. 159), et ipsi quodam modo pseudoprophetiam exercebant, rebus medicis, magicis, astrologicis et disciplinae inaugurali dediti (cf. p. 164).

quibus omnibus comparatis nullus dubito, Hermae Pastorem inter Elxaei prophetiam antiquiorem et Montani novam prophetiam paulo seriorem medium fere locum occupare. illam Hermas emendatam et eruditam in occidente repetiit, huius duritiem et severitatem nondum

[1]) v. s. p. XXI. not. 6. terminus autem est revelationis et praedicationis notitia, cf. Elxai librum p. 159.
[2]) cf. librum meum: die jüdische Apokalyptik p. 146. 253.

nosse videtur.[1]) utinam etiam nostrae ecclesiae Hermas, quamvis iudaizans, redivivus restitueretur! nam quae ille de senescente ecclesia, de huius praesidum cordibus venenosis (Vis. III, 9 p. 25, 24 sq.), de recreando Christianorum spiritu, de emendandis moribus christianis egregie docuit, etiam nostrae ecclesiae commendanda sunt.

scribebam Jenae m. Febr. a. MDCCCLXVI.

[1]) possis quidem iam Montanistas existimare illos magistros, qui docebant, poenitentiam baptismo seriorem non dari (Mand. IV, 3 p. 43, 15 sq.), nisi haec controversia iam antiquior fuisset. pseudoprophetae autem Mand. XI p. 67, 11 sq. ita describuntur, ut vera prophetia Montanismo similior sit quam falsa. non soli Gnostici, quos equidem (Glossolalie p. 73 sq.) et Lipsius (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1866. I. p. 68 sq.) intelleximus, sed etiam Elcesaitarum similes prophetae intelligendi erunt. ceterum iam Pseudo-Clementi Romano, qui Hom. III, 21 sq. masculinae et femininae prophetiae discrimen exposuit, illud Pastoris Mandatum notum fuisse puto, quamvis hunc inter Hermae testes recensere noluerim. idem etiam ubi nominis divini blasphemiae veniam dari negat (Hom. III, 6. 59. VII, 7. XVI, 10), Hermam (Sim. VI, 2. p. 93, 19 sq. VIII, 6. p. 108, 1 sq.) sequi videtur. Clementem Romanum, sub cuius nomine a. 140—160 Recognitiones et Homiliae conscriptae sunt, Hermas primus tamquam exteris civitatibus librum mittentem induxisse videtur. etiam hac ratione vera Pastoris aetas cognoscitur.

in Prolegomenis ad Barnabae epistulam p. XI. l. 6 l. *ipsi*, non *ipsius*.

in hac Hermae editione Vis. II, 4 p. 11, 17. 18 fortasse scribendum est: *Ἐγώ, φημί, τὴν Σίβυλλαν.* edidi: *ἐγώ φημι Τὴν Σίβυλλαν,* quae scriptio ferri potest.

HERMAE PASTOR.

ΠΟΙΜΗΝ.

Ὅρασις α΄.

Ὁ θρέψας με πέπρακέν με Ῥόδῃ τινὶ εἰς Ῥώμην. μετὰ πολλὰ ἔτη ταύτην ἀνεγνωρισάμην καὶ ἠρξάμην αὐτὴν ἀγαπᾶν ὡς ἀδελφήν. μετὰ χρόνον τινὰ λουομένην εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Τίβεριν εἶδον καὶ ἐπέδωκα αὐτῇ τὴν χεῖρα καὶ ἐξήγαγον αὐτὴν ἐκ τοῦ ποταμοῦ. ἰδὼν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς διελογιζόμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου λέγων Μακάριος ἤμην, εἰ τοιαύτην γυναῖκα εἶχον καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ τρόπῳ. μόνον τοῦτο ἐβουλευσάμην, ἕτερον δὲ οὐδέν. μετὰ χρόνον τινὰ πορευομένου μου εἰς κώμας καὶ δοξάζοντος τὰς κτίσεις τοῦ θεοῦ, ὡς μεγάλαι καὶ ἐκπρεπεῖς καὶ δυναταί εἰσιν, περιπατῶν ἀφύπνωσα. καὶ πνεῦμά με ἔλαβε καὶ ἀπήνεγκέν με δι᾽ ἀνοδίας τινός, δι᾽ ἧς ἄνθρωπος οὐκ ἐδύνατο ὁδεῦσαι. ἦν δὲ

Ποιμήν c. S., *ἀρχὴ σὺν θεῷ βίβλου λεγομένης Ποιμήν* L., Hermae prophetae ae. *ορασις α΄* c. L., om. S.

Vis. I, I. l. 1. 2. *πέπρακέν με Ῥόδῃ τινὶ εἰς Ῥώμην* c. S. p. (vendidit me in urbe Roma cuidam feminae nomine Rodae) ae. (vendidit me Rodae in regionem Romae), *πεπρακέναι καὶ ὁδόν τινα εἰς Ῥώμην* L., vendidit quandam puellam Romae v. — De Roda cf. Act. XII, 13. 2. *ἀνεγνωρισάμην* c. S., evanuit in L. 3. 4. *χρόνον τινὰ — εἶδον* c. S. et verss., *χρόνον* (cpd.) *πολλου. μένην αὐτὴν δὲ τὸν ποταμὸν Τιβέριον εἶδον* L. sec. Anger. (*χρόνους πολλοὺς . . . . . εἰς τ. ποτ. Τιβ. εἶδον* L. sec. Tischd.), *μετα χρονον τινα ιδον αυτην λουομενην εις τ. ποτ. τ. Τιβεριν* S.*_** (qui sequenti *ειδον* puncta imposuit, quamvis rursus abstersa). 5. *τὴν χεῖρα* c. S., *χεῖρα* L. — *ἐξήγαγον* c. S. et verss., *ἐξέβαλον* L. 6. *ἰδὼν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς* c. L. p. ae., *ταυτης ουν ιδων το καλλος* S., visaque ea v. 7. *μακάριος* c. S. et verss., *αριστόν* vel *αρεστόν* L. (Ang.), *εὐτυχής* male S. apogr. II et Tischd. 8. *τῷ τρόπῳ* c. S., *τοῖς τρόποις* L. 9. *οὐδέν* c. L S.*_**, *ουδε εν* S. — *κώμας* c. S. L. ae. (cum rusticarer inter pagos), ad civitatem Ostiorum p. — *καὶ δοξάζοντος* c. S. et verss., *ἐδόξαζον* L. — *ὡς* c. S. L (Ang.) v. ae., *ὅτι* L. (Tischd.) p. 11. *καὶ ἐκπρεπεῖς καὶ δυναταί* c. S. (correcto voc. *δυνατοι*) p. ae., *καὶ δυναταὶ καὶ εὐπρεπεῖς* L., *δυναταί* om. v. 12. *ἀπήνεγκέν με* c. S. et verss., *ἀπήγαγε* L. 12. 13. *δι᾽ ἀνοδίας τινός* c. S., *ἀνόδου ἀσκίνου* L. 13. *ἄνθρωπος* c. S., *ὁ ἄνθρωπος* L. — *ἐδύνατο* c. S., *ἠδύνατο* L.

ὁ τόπος κρημνώδης καὶ ἀπερρωγὼς ἀπὸ τῶν ὑδάτων. διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον ἦλθον εἰς τὰ ὁμαλὰ καὶ τιθῶ τὰ γόνατά μου καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας μου. προσευχομένου δέ μου ἠνοίγη ὁ οὐρανός, καὶ βλέπω τὴν γυναῖκα ἐκείνην ἣν ἐπεθύμησα ἀσπαζομένην με ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ λέγουσαν Ἑρμᾶ, χαῖρε. βλέψας δὲ εἰς αὐτὴν λέγω αὐτῇ Κυρία, τί σὺ ὧδε ποιεῖς; ἡ δὲ ἀπεκρίθη μοι Ἀνελήμφθην, ἵνα σου τὰς ἁμαρτίας ἐλέγξω πρὸς τὸν κύριον. λέγω αὐτῇ Νῦν σύ μου ἔλεγχος εἶ; Οὔ, φησίν, ἀλλ' ἄκουσόν μου τὰ ῥήματα ἅ σοι μέλλω λέγειν. ὁ θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικῶν καὶ κτίσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὰ ὄντα καὶ πληθύνας καὶ αὐξήσας ἕνεκεν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας αὐτοῦ ὀργίζεταί σοι ὅτι ἥμαρτες εἰς ἐμέ. ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω Εἰς σὲ ἥμαρτον; ποίῳ τρόπῳ; ἢ πότε σοι αἰσχρὸν ῥῆμα ἐλάλησα; οὐ πάντοτέ σε ὡς κυρίαν ἡγησάμην; οὐ πάντοτέ σε ἐνετράπην ὡς ἀδελφήν; τί μου καταψεύδῃ, ὦ γύναι, τὰ πονηρὰ ταῦτα καὶ ἀκάθαρτα; γελάσασά μοι λέγει Ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀνέβη ἡ ἐπιθυμία τῆς πονηρίας. ἤ σοι οὐ δοκεῖ ἀνδρὶ δικαίῳ πονηρὸν πρᾶγμα εἶναι, ἐὰν ἀναβῇ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία; ἁμαρτία γέ ἐστιν, καὶ μεγάλη, φη-

—, —. δυνάμει] δυναμι.
—, 24. ἤνοιξας] ηνυξας.
p. 32, 3. ἀπέστειλε] απεστιλε̅.
—, 5. ἵνα] εινα.
—, 7. ἐδιψύχησας] αιδιψυχησας (*** εδιψ.).
—, —. ἐξήγησαι] εξηγησε (*** -σαι).
—, 8. μεγαλεῖα] μεγαλια.
—, 9. ἐστί] εστιν.
—, 13. ἡμέρας] ημαιρας.
—, 15. κατορθώσει] κατορθωσι.
—, 18. ἀκούσασι] ακουσασι̅.
—, 19. αἱρετώτερον] ερετωτερον.
Vis. IV, 3. p. 33, 1. εἶχε] ειχεν.
—, —. κεφαλήν] καιφαλην.
—, 1. 2. ἀποκριθεῖσα] αποκριθισα.
—, 3. ἐστι] εστιν.
—, 4. φησί] φησιν.
—, 5. κατοικεῖτε] κατοικιται.
—, 7. ἐκφυγόντες] εκφυγονταις.
—, 9. γίνεται] γεινεται.
—, 9. 10. δοκιμάζεσθε] *** -σθαι.
—, 12. ἀποβάλλει] αποβαλλι.
—, 14. χρήσιμοι] ** suppl. μ.
—, —. ἔσεσθε] εσεσθαι.
—, 20. ὑμεῖς] ϋμις.
—, 24. θήριον] θηρειον.
Vis. V. p. 34, 3. ὄψει] οψι.
—, 5. χεῖρα] χιραν.
—, 6. με] μαι.

Vis. V. p. 34, 9. ἐκπειράζων] εκπιραζων.
—, 10. γινώσκω] γειν ωσκω.
—, 11. ἐπιγινώσκεις] αιπιγεινωσκεις (*** επιγ.).
—, 13. ἰδέα] ειδεα.
—, 14. ἐκεῖνος] εκινος.
—, 18. ταῖς] τες.
—, —. ἐντέλλεσθαι] εντελλεσθε.
—, 19. δείξω] διξω.
—, 20. κεφάλαια] καιφαλεα (*** κεφ.).
p. 35, 1. παραβολάς] παρασπαραβολας (*** notavit παρας).
—, 2. δείξω] διξω.
—, 3. ἐντελλομαι] εντελλομε.
—, —. γράψαι] γραψε.
—, 4. χεῖρα] χιρα.
—, —. ἀναγινώσκης] αναγειν ωσκης.
—, 6. παραβολάς] παραπολας (*** ut videtur παραβολας).
—, —. ἐνετείλατο] ενετιλατο.
—, 7. πορευθῆτε] πορευθηται.
—, —. ἐργάσησθε] εργασησθαι.
—, 9. 10. μετανοήσετε] μετανοησηται.
—, 10. προσθῆτε] προσθηται.
—, 10. 11. ἀπολήμψεσθε] απολημψεσθαι.
—, 12. γράψαι] γραψε.
—, —. ἐνετείλατο] ενετιλατο.
Mand. I. p. 36, 2. φοβήθητι] φοβηθητει.
—, 3. ἐγκράτευσαι] ενκρατευσε.
—, 4. ἀποβαλεῖς] αποβαλις.
Mand. II. p. 36, 8. γίνου] γεινου.
p. 37, 1. ἄκουε] ακουαι.
—, 7. εἰρηνεῦον] ϊρηνευον.
—, 9. ἔνδυσαι] ενδυσε.
—, 10. ἐστι] εστιν.
p. 38, 1. δίδωσι] διδωσιν.
—, —. ἁπλῶς] απως (suppleto λ).
—, 2. πᾶσι bis] πασιν bis.
—, 3. δίδοσθαι] διδοσθε.
—, —. θέλει] θελι.

Mand. II. p. 38, 4. ἀποδώσουσι] αποδωσουσι̅.
—, 6. λαμβάνοντες] λαμβανονταις.
—, 6. 7. τίσουσι] τισουσιν.
—, 7. ἔλαβε] ελαβε̅.

Mand. III. p. 38, 16. ἀλήθειαν] .ληθιαν.
p. 39, 5. γίνονται] γειν . . . . .

Mand. IV, 1. p. 40, 5. φησί] φησιν.
—, —. φυλάσσειν] φυλασιν (*** φυλασσιν).
—, —. ἁγνείαν] αγνιαν.
—, 6. ἀναβαινέτω] αναβενετω.
—, 9. πάντοτε] παντοται.
—, 10. 12. 13. ἐνθύμησις] ενθυμησεις.
—, 14. ἔργον] αιργον (*** εργον).
p. 41, 1. κατοικεῖ] κατοικι (**** -κει).
—, —. ἐκεῖ] εκι (**** -ει).
—, 2. ὀφείλει] οφιλι.
—, —. ἀναβαίνειν] αναβενι̅ (**** -νειν).
—. 3. ἐπερωτῆσαί σε] επερωτησε σαι.
—, 4. φημί] φημει.
—, 5. εὕρῃ] ευρη (**** ευρει).
—, —. μοιχείᾳ τινι] μοιχια τινει.
—, —. ἁμαρτάνει] αμαρτανι.
—, 6. ἀγνοίας] αγνιας (** et **** αγνοιας).
—, 7. ἁμαρτάνει] αμαρτανι.
—, 8. ἐπιμένῃ] **** επημενη.
—, —. πορνείᾳ] πορνια.
—, 9. γίνεται] γεινεται (**** γινεται).
—, 10. μοιχείας] μοιχιας.
—, 11. ἐπιμείνῃ] επιμινη (*** επιμεινη).
—, —. πάθει] παθι.
—, 15. θελήσῃ] ** et *** suppl. η secundum.

Mand. IV, 1. p. 41, 16. ὑποστρέψαι] υποστρε (** et *** suppl. ψε, **** -ψαι).
—, 17. ἁμαρτάνει] αμαρτανι (**** -νει).
—, 18. δεῖ] δι.
—, 21. ὀφείλει] οφιλι (**** οφειλει).
—, γαμεῖν] γαμιν.
p. 42, 1. πρᾶξις] πραξεις.
—, —. γυναικί] γυνεκι (*** γυναικι).
—, —. ἀνδρί] ανδιρ (*** ανδρι).
—, —. κεῖται] κιται (**** κειται).
—, —. φησίν] φησι.
—, 2. μοιχεῖα] μοιχια.
—, 3. ἔθνεσι] εθνεσιν.
—, 4. ἐμμένῃ] ενμενη.
—, 7. μένειν] μενι̅ (**** μενειν).
—, 10. μηκέτι] μηκαιτι (*** μηκετι).
—, 12. πάντων] πα̅ ταντων (**** del. ταν).

Mand. IV, 2. p. 42, 14. ἐπεί] επι.
—, 15. πάντοτε] παντοται.
—, 16. ἐπεί] επι.
—, 20. πᾶσι] πασιν.
—, —. μετανοοῦσι] μετανοουσιν.
—, —. δοκεῖ] δοκι (**** δοκει).
—, 21. p. 43, 1. μετανοῆσαι] μετανοησε.
p. 43, 3. ἀναβαίνει] αναβε̄ννει.
—, 4. ἔπραξε] επραξεν.
—, —. οὐκέτι] ουκαιτι (*** ουκετι).
—, 5. ταπεινοῖ] ταπινοι.
—, 7. σύνεσίς ἐστι μεγάλη] εστιν εγαλη (** et *** suppl.).

Mand. IV, 3. p. 44, 13. φησί] φη . . (post η literae μ, non σ vestigia Tischendorfius animadvertit, itaque φημί scriptum esse videtur).

Addenda et corrigenda.

Vis. I, 1. p. 5, 8. *Πολλὰ.* scr. *πολλά.*

—— 3. p. 7, 8. *μου.* l. *μοι.*

—— 3. p. 7, 12. in notis *ἡμῖν* ante *σύμφορα* ponendum est.

—— 3. p. 7, 21. *εὐλογίαν.* l. *ἐπαγγελίαν.*

Vis. II, 1. p. 8, 13. post *πέρυσι* comma ponendum est.

—— 2. p. 10, 1. *ἄφεσιν ἐπάγει* c. L. secundum Tischendorfium, qui notissimum compendium reperit. idem compendium Angerus reddidit *επα*, superscripto *εἶπα* (*ἐπαγγέλλεται* Dindorfius). retinui *ἐπάγει*, cf. Mand. III, p. 39, 20 *λύπην ἐπάγειν τῷ πνεύματι κτλ.* Sim. VIII, 7 p. 103, 1 *ἐπίκειται μετάνοια.* Lipsius (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1866. I. p. 29 not. 2) legere suasit *ἄφεσις ἔσται*, cf. Mand. IV. p. 45, 7.

—— 2. p. 10, 17. *ἀρνησαμένους* non mutavi, quamvis Lipsius l. l. p. 32. legere voluerit *ἀρνησομένους*. confero Vis. III, 13. p. 29, 14. 15. *μετανοήσαντες*.

—— 2. p. 11, 20 in notis: etiam *φησί* om. S.**

—— 2. p. 12, 11. *ἀναγνώσεις* c. L., sed c. S. legendum erit *ἀναγώσῃ*.

Vis. III, 1. p. 13, 2 in notis add.: *αὐτήν* etiam S.***

—— 1. p. 13, 21. *πάντοτε* recte emendasse mihi videor *πάντα* S. cf. Mand. II. p. 37, 10. X, 2. p. 66, 10, ubi *πάντοτε* et *πάντα* in codicum lectionibus commutata sunt.

—— 2. p. 15, 1. *διψυχοῦντες* c. L. et verss., *διψυχους* (*** *διψυχον*) *ταις* S.

—— 2. p. 16, 6. *στρόγγυλοι.* scribe *στρογγύλοι.*

—— 3. p. 17, 12. in notis: etiam vulg. *scripturas* praebere, non *structuras* monui in Prolegomenis c. I. p. VII not. 3.

—— 5. p. 19, 20. 21. in notis: *μετανοήσωσιν* c. L., *μετανοήσουσιν* S.

—— 6. p. 21, 7. *τὴν οὐσίαν* c. L. add. Lipsius (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1865. III. p. 292). sed additamenta sunt.

—— 7. p. 22, 9. in notis add.: *μνείαν* c. S., *μνήμην* L.

—— 7. p. 22, 12. *ἐπηρώτησα Εἰ.* scribamus: *ἐπηρώτησα, εἰ ἄρα πάντες κτλ.* tum omnia sana sunt.

—— 8. p. 23, 16. 17 in notis: *επιστημη η*, non *επιστημηη* S.

—— 8. p. 23, 19. *τίς τίνα.* cf. etiam Mand. VI. p. 50, 12. 13.

—— 8. p. 24, 13. *ὡς ἂν* l. *ὡς ἐάν.* ita recte emendasse mihi videor. Lipsius (Zeitschr. f. wiss. Theol. 1865. p. 294) praetulit *ἕως ἐάν*.

—— 8. p. 24, 18. *σε* c. S.** et ***, *τε* S.

—— 9. p. 26, 5 in notis: *αἱ διχοστασίαι αὗται ὑμῶν* S.***

—— 10. p. 26, 19. 20 in notis: *περισυνη* S.

—— 10. p. 27, 12. 13. *ἵνα ἀποκάλυψις ὁλοτελὴς γένηται*, cf. c. 13. p. 29, 15. 16: *ἀπέχεις ὁλοτελῆ τὴν ἀποκάλυψιν.*

—— 12. p. 28, 13. in notis Sim. VIII, 2. IX, 17. l. Sim. IX, 3 p. 116, 16. c. 6 p. 118, 21. IX, 17 p. 131, 28.

—— 13. p. 29, 17. *ἐάν τι δὲ δέῃ* c. S., sed praeferendus videtur L. *ἐάν δέ τι δέῃ*, cf. Mand. IV, 1 p. 40, 13. 14. Sim. V, 3 p. 87, 1. VIII, 7 p. 109, 15.

Vis. IV, 1. p. 30, 2. *ῥᾳδίως.* Dindorfius (Nachträgliche Bemerkungen zu Hermas II. p. 14) praetulit *σπανίως* c. verss., forsitan recte.

—— 1. p. 30, 17. *γενομένου.* l. *γινομένου, γεινομένου* S.

—— 1. p. 30, 22 in notis: *κλιναι* (non *κλινειν*) *τα γονατα* S.

—— 3. p. 33, 3. *ἐστὶ.* l. *ἔστι.*

Vis. V. p. 34, 4. *αἴγειον*, quamvis sine seq. *λευκόν*, etiam Lipsius (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1865. p. 299) bene legit.

—— p. 34, 10. *ἐγὼ* sine seq. *γὰρ* etiam S.***, forsitan recte.

Mand. I. p. 35 in notis Irenaei verbis post *κτίσας* addendum est: *καὶ καταρτίσας*.

—— p. 36 in notis omissum est testimonium Athanasii in epistula ad Afros episcopos c. 5 (Opp. I, 2, 895): *ἐλογίζοντο δὲ* (Airani) *καὶ τὸ ἐν τῷ Ποιμένι γραφὲν Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι*

εἷς ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. — ibidem Nicetae verba cum Cotelerio et Fabricio graece dedi, latine servata: „secundo crede, quod, quemadmodum in Pastoris libro habetur, unus est Deus, qui omnia creavit atque perfecit et ex nihilo in rerum naturam produxit eaque etiam gubernat ac moderatur.“

Mand. II. p. 37, 5. *ἁρμαρτίας.* l. *ἁμαρτίας.*

—— p. 37, 6 in notis: *στιν* S. l. *εστιν* S.

Mand. III. p. 39, 23. *ψεύδη,* fortasse *ψευδῆ* scribendum.

Mand. IV, 1. p. 41, 4. *ἔχων,* fortasse *ἔχει* emendandum.

Mand. VI, 2. p. 53, 8. *Σὺ* scribe *σὺ.* ib. in notis Hom. XXV. in Luc. l. Hom. XXXV. in Luc.

Mand. VIII. p. 56, 7. *γνώρισον.* scribe *Γνώρισον.*

—— p. 57, 6. *ἄλλης* L., delendum videtur c. Ps.-Ath., Ant., verss.

—— p. 58, 8. *ἅ γε* L., sed *ἅ σε* legendum c. Ps.-Ath. et verss.

—— p. 59, 1. post *εἶναι* comma ponendum.

Mand. X, 1. p. 64 apud Pseudo-Athanasium l. 1. 2. uncinis inclusis verbis add. A.

Mand. XII, 6. p. 77, 11. Jac. IV, 1. l. Jac. IV, 12.

Sim. II. p. 82, 16. *ἐργάζεσθαι* cf. Mand. II. p. 37, 11. poteris etiam restituere *ποιεῖν,* cf. Mand. VI, 2. p. 53, 19. 20.

Sim. V, 2. p. 85, 32. *ἐνετειλάμην.* l. *ἐπηγγειλάμην.*

—— 2. p. 85, 33. *ἐπηγγειλάμην.* l. *ἐνετειλάμην.*

—— 2. p. 85 in notis: 32. l. 33.

Sim. VI, 2. p. 94, 10. *δύναται.* l. *δύνανται.*

—— 5. p. 97, 26. *αὐτὰ* L., sed *αὐτὰς* legendum erit.

Sim. VIII, 9. p. 110, 20. *ἐγένετο* L., sed c. v. p. (ae. om.) legendum est *ἐφαίνετο,* cf. Sim. IX, 6 p. 119, 13. 14.

Sim. IX, 4. p. 116, 7. 8. [*καὶ ἐγένοντο στοῖχοι τέσσαρες ἐν τῷ θεμελίῳ τοῦ πύργου*] restitui e versionibus. *vulg.*: quattuor ergo ordines coeperunt esse in fundamento turris illius; *pal*: et facti sunt ordines quattuor in fundamento turris; *aeth.*: et facti sunt quattuor parietes (*τοῖχοι*) eius. voc. *στοῖχοι* ab aeth. interprete ita lectum esse observavit M. Schmidt.

—— 10. p. 123, 8. *τῶν ἡρμένων καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν βεβλημένων.* ita emendavi L. (*τῶν ἡρμοσμένων εἰς τὴν οἰκοδομὴν καὶ βεβλημένων*) secundum versiones. *vulg.*: qui sublati sunt de structura et iterum repositi; *pal.*: qui sublati sunt de structura; *aeth.*: quos removerunt.

—— 11. p. 124, 15. 16. [*αἱ ἄλλαι δὲ ἰδοῦσαι αὐτὴν καταφιλοῦσάν με καὶ αὐταὶ ἤρξαντό με καταφιλεῖν*] restitui e versionibus. *vulg.*: caeterae vero, quum vidissent me amplexari ab illa, et ipsae coeperunt me ut fratrem osculari; *pal.*: caeterae quoque quum vidissent me amplexatum ab illa, et ipsae coeperunt me osculari; *aeth.*: et illae quoque quum eam me oscultantem viderent, et ipsae me osculatae sunt.

—— 15. p. 129, 16—18. *ταῦτα τὰ ὀνόματα ὁ φορῶν τοῦ θεοῦ δοῦλος τὴν βασιλείαν μὲν ὄψεται τοῦ θεοῦ, εἰς αὐτὴν δὲ οὐκ εἰσελεύσεται.* conferre quidem iuvat ev. Joan. III, 3: *ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ* 5: *ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* sed plane diversa est sententia. regnum Dei etiam a scelestis hominibus conspicitur, qui ab eius introitu arcentur. nulla Joannei evangelii notitia probatur.

—— 19. p. 133, 19. et in notis: *πρώτεροι.* l. *πρότεροι.*

LIPSIAE: IMPRESSIT F. A. BROCKHAUS.

EVANGELIORUM

SECUNDUM HEBRAEOS, SECUNDUM PETRUM, SECUNDUM AEGYPTIOS,

MATTHIAE TRADITIONUM,

PETRI ET PAULI PRAEDICATIONIS ET ACTUUM,

PETRI APOCALYPSEOS, DIDASCALIAE APOSTOLORUM

ANTIQUIORIS

QUAE SUPERSUNT,

ADDITO LIBRO QUI APPELLATUS EST:

„DUAE VIAE VEL JUDICIUM PETRI“

COLLEGIT, DISPOSUIT, EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRAVIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLXVI.

Corrigenda.

Fasc. I. Proleg. p. XXXIX. l. 29. prophetam. scribe: prophetiam.
—— Mosis Assumpt. c. 2. p. 100, 19—21 scribendum est: et postea dominabitur a principibus et tyrannis per annos XVIII, et XVIIII annos abrumpent tribus X.
Fasc. IV. p. 5. l. 12. catecheta. scribe: catechista.
—— p. 10. l. 17. evangeliorum. scribe: evangelium.
—— p. 17. l. 34. biberet. scribe: biberat.
—— p. 58. l. 26. *ἔδωκεν*. Clementis Alex. edd. *δέδωκεν*.
—— p. 119. Melito Sardicensis. scribe: Melito Sardensis.

LIBRORUM DEPERDITORUM

FRAGMENTA.

Libri, qui in antiqua ecclesia canonica quadam auctoritate fruebantur, sed in catholicae ecclesiae canonem sensim constitutum non recepti sunt, varii sunt generis, aut evangelia, aut actus apostolorum, aut epistulae, aut apocalypses, et peculiare genus repraesentant Constitutiones apostolicae. iam editis Clementis Romani et Barnabae epistulis, Hermae Pastore, qui libri fere omnes integri servati sunt, reliqui sunt libri deperditi, quorum fragmenta hoc quarto fasciculo colligenda et componenda sunt. ad evangeliorum genus pertinent evangelia secundum Hebraeos, sive Nazaraeorum sive Ebionaeorum, secundum Petrum, secundum Aegyptios, Matthiae traditiones. ad actus apostolorum pertinent Petri et Pauli praedicatio eorumdemque apostolorum Actus. Apocalypsis sola Petri restat. agmen claudunt Constitutiones apostolicae vel Didascalia apostolorum antiquior. horum igitur librorum reliquias hoc ordine collegi, disposui et diiudicavi. librum qui appellatus est: „Duae viae vel Judicium Petri“ fere integrum addidi. si alii viri docti labores meos aut supplebunt, aut emendabunt, non succensebo, sed gaudebo. nam hi libri deperditi tantum non omnes maximi momenti sunt ad ecclesiae christianae summam antiquitatem investigandam et cognoscendam.

A. EVANGELIUM SECUNDUM HEBRAEOS.

Inter omnes, qui ad Novum Testamentum extra canonem receptum pertinent, libros procul dubio antiquissimum est evangelium ad Hebraeos. ut de haereticis taceam, iam Papias Hieropolitanus hoc evangelio usus esse videtur, qui non tantum canonicum evangelium secundum Matthaeum ex ipsius apostoli Matthaei scripto hebraeo, varie verso, ortum esse censuit,[1]) sed etiam narrationem reddidit, quam Eusebius in Hebraeorum evangelio scriptam reperit (v. Matth. hebr. XIX, 3). eodem evangelio Hegesippum usum esse constat.[2]) Pantaenus catecheta Alexandrinus apud Indos hebraicum Matthaei evangelium, quod Bartholomaeus apostolus ibi reliquit, i. e. evangelium secundum Hebraeos, reperisse dicitur.[3]) etiam sequentibus ecclesiae patribus illud evangelium ignotum non erat. Irenaeus Lugdunensis Ebionaeos, quos iam inter haereticos recensuit, evangelio secundum Matthaeum uti retulit.[4]) sed illorum evangelium

[1]) apud Euseb. HE. III, 39, 11: *Ματθαῖος μὲν οὖν ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτά, ὡς ἦν δυνατός, ἕκαστος.*

[2]) Eusebius HE. IV, 22, 8: *ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ καὶ ἰδίως ἐκ τῆς ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ τίθησιν ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι.*

[3]) Euseb. HE. V, 10, 3: *ὁ Πάνταινος καὶ εἰς τοὺς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται, ἔνθα λόγος εὑρεῖν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν, οἷς Βαρθολομαῖον τῶν ἀποστόλων ἕνα κηρῦξαι αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφήν, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον.* cf. Hieronym. de vir. illustr. c. 36 (Opp. II, 875).

[4]) adv. haer. I, 26, 2: solo autem eo quod est secundum Matthaeum evangelio utuntur et apostolum Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes. III, 12, 7: Ebionaei autem eo evangelio, quod est secundum Matthaeum, solo utentes.

non plane idem fuisse, quod in nostro canone graece habemus, ab ipso Irenaeo docemur, qui Ebionaeos cum Cerintho et Carpocrate virginis partum negasse tradidit. non mirum, quod iam Clemens Alexandrinus proprio nomine *εὐαγγέλιον καϑ' Ἑβραίους* laudavit (Matth. hebr. XI, 28). eodem nomine etiam Origenes usus est (Matth. hebr. XVII, 1. XIX, 16—24), qui iam duas Ebionaeorum partes distinxit, partum virginis, quem Matth. I, 18 sq. narravit, aut concedentium aut negantium.[1]) hunc partum apud Ebionaeos controversum commune quidem evangelium, quo utebantur, non tradidit. Eusebius quoque Caesariensis, qui utramque illam Ebionaeorum partem et ipse memoravit (HE. III, 27, 2. 3), eorum evangelium *καϑ' Ἑβραίους* appellavit et hebraicis literis ad se pervenisse testatus est.[2])

non duas Ebionaeorum sectas, sed duas haereses, Nazaraeos et Ebionaeos, Epiphanius distinxit Haer. XXIX. XXX illosque primitivae ecclesiae christianae, hos Judaismi christiani per orbem terrarum dispersi reliquias descripsit.[3]) itaque primus Epiphanius etiam duplex Christianorum iudaizantium evangelium, Nazaraeorum et Ebionaeorum, memoravit. Nazaraeorum quidem evangelium ipse non novit, se nescire confessus, utrum Cerintho Jesum merum hominem statuenti consentiant, an partum virginis concedant (Haer. XXIX, 7). sed illud evangelium ipsius apostoli Matthaei librum hebraicum esse credidit.[4])

[1]) c. Cels. V, 61. 65. (Opp. I, 625. 628), cf. in Matth. Tom. XVI, 12 (Opp. III, 733).

[2]) Matth. hebr. (X, 34—36) XXV, 14—30. HE. III, 27, 4: *οὗτοι δὲ τοῦ μὲν ἀποστόλου πάσας τὰς ἐπιστολὰς ἀρνητέας ἡγοῦντο εἶναι δεῖν, ἀποστάτην ἀποκαλοῦντες αὐτὸν τοῦ νόμου, εὐαγγελίῳ δὲ μόνῳ τῷ καϑ' Ἑβραίους λεγομένῳ χρώμενοι τῶν λοιπῶν σμικρὸν ἐποιοῦντο λόγον.* ib. 25, 5: *τὸ καϑ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον — ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσιν.* v. supra p. 5 not. 2.

[3]) cf. quae hac de re iam disserui (Zeitschr. für wiss. Theologie 1858. III, 389 sq.), etiam R. A. Lipsii librum: Zur Quellenkritik des Epiphanios, Vindobon. 1865. p. 122 sq.

[4]) Haer. XXIX, 9: *ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματϑαῖον εὐαγγέλιον πληρέστατον ἑβραϊστί· παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο, καϑὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη, ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἔτι σώζεται· οὐκ οἶδα δέ, εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας τὰς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον.* hebraicum Matthaei evangelium

Epiphanius igitur iis patribus ecclesiae adnumerandus est, qui Matthaei evangelium primitivum apud Nazaraeos conservari censuerunt. sed de Ebionaeis, quorum auctor Jesum Josephi et Mariae filium existimaverit,[1]) prorsus diversam sententiam professus est. horum enim evangelium appellavit quidem *κατὰ Ματθαῖον* et *κατ' Ἑβραίους*,[2]) sed hebraice scriptum esse non tradidit. itaque praeter illud antiquius et hebraicum (vel aramaeum) Matthaei evangelium Epiphanius etiam graecum evangelium dictum secundum Matthaeum et secundum Hebraeos, serioris quidem aetatis, testatus est. graece versum Hebraeorum evangelium iam Hegesippus indigitasse videtur, quem *ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ*, i. e. ex eodem evangelio, graeco et syriaco (vel aramaeo), nonnulla protulisse Eusebius tradidit.[3])

Nazaraeorum evangelium hebraicum vel aramaeum, Epiphanio ipsi non notum, Hieronymus accuratius descripsit. hic enim iam a. 383 ipsius Matthaei locutionem hebraeam (vel aramaeam) retulit (v. Matth. hebr. XXI, 9) et a. 392 ita scripsit de vir. illustr. c. 2 (Opp. II, 831 sq.): „Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper in graecum latinumque sermonem

cum evangelio Joannis hebraice verso et Actis apostolorum a Judaeis Tiberiade conservari Josephus quidam Judaeus ad Christianismum conversus Epiphanio narravit, cf. Haer. XXX, 6: *τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον ἀπὸ ἑλλάδος εἰς ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθὲν ηὕρατο καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις. οὐ μήν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον ἑβραϊκὸν φύσει ὂν ἐκ τούτων ἀναγνούς.*

[1]) Haer. XXX, 2. 3 (cf. c. 30). Ebionaeorum evangelio usos iam Cerinthum et Carpocratem idem statuisse docemur c. 14: *ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκρᾶς, τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς* (Ebionaeis) *εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν.* cf. etiam Haer. LI, 6.

[2]) Haer. XXX, 3: *καὶ δέχονται μὲν καὶ αὐτοὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον· τούτῳ γὰρ καὶ αὐτοί, ὡς καὶ οἱ κατὰ Κήρινθον καὶ Μήρινθον χρῶνται μόνῳ, καλοῦσι δὲ αὐτὸ κατὰ Ἑβραίους, ὡς τὰ ἀληθῆ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι Ματθαῖος μόνος ἑβραϊστὶ καὶ ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ἐποιήσατο τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἔκθεσίν τε καὶ κήρυγμα.* c. 13. cf. infra Matth. ebion. inscr. etiam Tatiani Diatessaron a nonnullis evangelium *κατὰ Ἑβραίους* appellatum esse Epiphanius Haer. XLVI, 1 retulit.

[3]) v. supra p. 5 not. 2. ita etiam Melito Sardensis in fragmento IV. (cf. Routhii reliqq. sacr. ed. II. Vol. I. p. 124) Veteris Testamenti syriacam versionem et hebraeum textum coniunxit: *τὸ Κατεχόμενος τῶν κεράτων* (Gen. XXII, 13) *ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος Κρεμάμενός φησιν.*

translatum est, quo et Origenes saepe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert" (v. Matth. hebr. XXVIII, 1—10) ib. c. 3 (p. 835): „Porro ipsum hebraicum (Matthaei) habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. mihi quoque a Nazaraeis, qui in Beroea urbe Syriae hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. in quo animadvertendum, quod *ubicunque* evangelista sive ex persona sua sive ex persona Domini salvatoris veteris scripturae testimoniis abutitur, non sequatur LXX translatorum auctoritatem, sed hebraicam, e quibus illa duo sunt: Ex Aegypto vocavi filium meum (Matth. II, 15) et: Quoniam Nazaraeus vocabitur (Matth. II, 23)." Hieronymus igitur non dubitavit, illud evangelium, quod appellatur „secundum Hebraeos"[1]) vel „secundum apostolos,"[2]) ipsum esse librum, quem apostolus Matthaeus hebraeo sermone conscripsit. hanc sententiam, praeeunte quodam modo Eusebio,[3]) Veteris Testamenti locis in evangelio Matthaei

[1]) hoc titulo Hieronymus saepius usus est, v. infra Matth. hebr. VI, 11. XVII, 1 sq. XVIII, 6. 7. XXVII, 16. XXVIII, 1—10.

[2]) v. Matth. hebr. III, 1—13. etiam Origenes Hom. I. in Luc. (Opp. III, 933): ecclesia quatuor habet evangelia, haereses plurimas (l. plurima), e quibus quoddam scribitur secundum Aegyptios, aliud iuxta *duodecim* apostolos. Ambrosius comm. in Luc. prooem. (Opp. ed. Colon. 1616. Tom. III. p. 3): „et aliud quidem fertur evangelium, quod duodecim Apostoli scripsisse dicuntur." Hieronymus comm. super Matth. prooem. (Opp. VI, 1, 1 sq.), Theophylactus ad evang. Lucae prooem.: *τὸ ἐπιγραφόμενον* (sc. *εὐαγγέλιον*) *τῶν δώδεκα.*

[3]) Eusebius in Ps. LXXVIII, 2 (in Montefalconii collectione nova patrum et scriptorum graecorum I, 463): *ἀντὶ τοῦ Φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς Ἑβραῖος ὢν ὁ Ματθαῖος* (XIII, 35) *οἰκείᾳ ἐκδόσει κέχρηται εἰπών Ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς.* Angerus (Ratio, qua loci Veteris Testamenti in ev. Matthaei laudantur, quid valeat ad illustrandam huius evangelii originem, quaeritur. partic. III. Lips. 1862. p. 12 not. 3) bene contulit etiam Quaest. II ad Marinum (in A. Mai Scriptorum veterum nova collectione I, 64 sq., Nova Patrum bibliotheca Tom. IV. p. 257): *λέλεκται δέ Ὀψὲ τοῦ σαββάτου* (Matth. XXVIII, 1) *παρὰ τοῦ ἑρμηνεύσαντος τὴν γραφήν· ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἑβραΐδι γλώττῃ παρέδωκε τὸ εὐαγγέλιον, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν Ἑλλήνων φωνὴν μεταβαλὼν αὐτὸ τὴν ἐπιφώσκουσαν ὥραν εἰς τὴν κυριακὴν ἡμέραν Ὀψὲ σαββάτων προσεῖπεν.* haec tantum non verbo tenus repetiit Hieronymus circa a. 407 in epi. ad Hedibiam (Opp. I, 626): „Mihi videtur evangelista Matthaeus, qui evangelium hebraico sermone conscripsit, non tam *vespere* dixisse quam *sero*, et eum qui interpretatus est verbi ambiguitate deceptum non *sero* interpretatum esse, sed *vespere.*"

laudatis confirmare studuit.[1]) ceterum Hieronymus, si evangelium secundum Hebraeos in evangelio secundum Matthaeum verbo tenus versum reperisset, ipse graece et latine non vertisset. hebraici evangelii fragmenta, quae Hieronymus eodem tempore laudavit (Matth. hebr. XXVIII, 1—10. 18—20) a canonico evangelio valde discrepant. hoc autem canonicum Matthaei evangelium postea demum graece versum esse Hieronymus asseruit, neque verbo tenus redditum esse indigitavit.[2]) talis fere inter hebraicum et graecum Matthaeum ratio intercedere videbatur, qualis inter Esrae et Danielis libros canonicos, III Esrae librum et Danielem LXX interpretum intercedit. itaque demonstrari non potest, Hieronymum priorem suam sententiam de Hebraeorum evangelio unquam mutasse vel deseruisse. cautius quidem postea locutus est, illud evangelium Matthaei authenticum a plerisque existimari.[3]) nam Matthaeum hebraice scripsisse nemo negavit, ipsum autem evangelium secundum Hebraeos hanc esse scripturam Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius dubitasse videntur. Theodorus Mopsuestenus vehementer

[1]) ita Hieronymus etiam ad Jes. IX, 1 (Opp. IV, 128): „ac primum notandum, quod testimonium hoc evangelista Matthaeus (IV, 13 sq.) non iuxta LXX, sed iuxta Hebraeos posuerit.“ Epi. ad Algasiam (Opp. I, 855): „ex quo apparet, Matthaeum evangelistam non veteris interpretationis auctoritate constrictum dimisisse hebraicam veritatem, sed quasi Hebraeum ex Hebraeis et in lege Domini doctissimum ea gentibus protulisse, quae in Hebraeo legerat.“

[2]) de vir illustr. c. 3 (Opp. II, 834): „Matthaeus, qui et Levi, ex publicano apostolus, primus in Judaea propter eos, qui ex circumcisione crediderant, evangelium Christi hebraicis literis verbisque composuit, quod quis postea in graecum transtulerit, non satis certum est.“ Hieronymi sententiam plane in contrarium vertit O. Zoeckler (Hieronymus, Gothae 1865. p. 361): „Ihm selbst (Hieronymo) galt es (ev. secundum Hebraeos) ohne Zweifel nur seiner Grundlage nach als ächt, während er in seinen eigenthümlichen Zusätzen judenchristliche Interpolationen erkannte, sich aber über das Verhältniss dieses interpolirten Textes zum Original bisweilen, namentlich in seinen frühern Schriften, etwas unbestimmt und missverständlich ausdrückte.“ „Hieronymus ernüchterte sich also wohl allmälig und gab die anfänglich mit Andern, namentlich wohl mit Pamphilus (v. Catal. 3) getheilte Ansicht von dem nazaräischen Evangelium als dem ächten hebräischen Matthäus *später*, unter dem Eindruck der allzu grossen Verschiedenheit seines Textes von dem des griechischen Matthäus, wieder auf.“ contra hanc sententiam cf. etiam notam praecedentem.

[3]) anno 398 in Matth. XII, 13 (v. Matth. hebr. XII, 10), a. 415 adv. Pelagianos III, 2 (v. infra ad Matth. hebr. III, 1—13).

vituperavit Hieronymum, quia quintum evangelium induxerit.[1])

habebant igitur Nazaraei evangelium aramaeum, quod ab ipso apostolo Matthaeo scriptum esse ecclesiastici scriptores nonnulli: Papias, Irenaeus, Epiphanius, Hieronymus, crediderunt, alii: Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, Theodorus Mopsuestenus, dubitaverunt aut negaverunt. quia idem Nazaraeorum evangelium et secundum Matthaeum et secundum Hebraeos appellabatur, utrumque nomen Theodoretus haer. fab. II, ita coniunxit, ut de Ebionaeis primo quidem dicat: *μόνον δὲ τὸ κατὰ Ἐβιωναίους εὐαγγέλιον δέχονται, τὸν δὲ ἀπόστολον ἀποστάτην καλοῦσι*, tum de aliis Ebionaeis pergat: *εὐαγγελίῳ δὲ τῷ κατὰ Ματθαῖον κέχρηνται μόνῳ.*

quam diu recentiores viri docti antiquae ecclesiae universae assentiebant, apostolum Matthaeum hebraice scripsisse, et ipsi Nazaraeorum evangeliorum genuinam Matthaei scripturam existimabant. sed praeeunte Desiderio Erasmo Matthias Flacius Illyricus negavit, Matthaeum hebraice scripsisse, vel saltem canonicum evangelium ex hebraeo sermone in graecum conversum esse. Flacium sequebantur orthodoxi Protestantes. antiquae ecclesiae sententiam inter Catholicos defendit Ricardus Simon. itaque vir summus Gottholdus Ephraim Lessing[2]) Hieronymi vestigia secutus evangelium Hebraeorum vel Nazaraeorum omnium evangeliorum, sive intra sive extra canonem, antiquissimam radicem declaravit. illud evangelium proxime

[1]) Photius Bibl. cod. 177 e Theodori Mopsuesteni libro *πρὸς τοὺς λέγοντας φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πταίειν τοὺς ἀνθρώπους*, quem librum O. F. Fritzschius (de Theodori Mopsuesteni vita et scriptis Hal. 1836 p. 112) a. 416 vel 417 scriptum esse censuit, haec conservavit, quae et ad aramaeum Hebraeorum evangelii sermonem et ad Hieronymi nomen alludunt: *Ἀρὰμ δὲ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν — οὐ γὰρ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε ὀνομάζει, εἴτε ἐπονομάζει — τοῦτον δὲ πέμπτον εὐαγγέλιον προσαναπλάσαι λέγει* (Theodorus), *ἐν ταῖς Εὐσεβίου τοῦ Παλαιστίνου βιβλιοθήκαις ὑποπλαττόμενον εὑρεῖν*, cf. Hieronym. de vir. illustr. c. 3 (v. supra p. 8, infra Matth. hebr. III, 1—13).

[2]) Neue Hypothese über die Evangelisten als bloss menschliche Geschichtsschreiber betrachtet, Wolfenbüttel 1778 (Lessing's theolog. Nachlass, Berolin. 1784 p. 45 sq.), cf. librum meum: Der Kanon und die Kritik des Neuen Test. p. 125 sq.

certe ad ipsum evangelium primitivum accessisse Joan. Godofr. Eichhornius censuit. contra quos Leonardus Hug ipsum Matthaeum graece scripsisse et hanc scripturam in canone servatam esse contendit. recentiores theologi omnino a Lessingii et Eichhornii vestigiis revocabantur summa auctoritate Friderici Schleiermacheri, qui orationum potius dominicarum collectionem primitivam e Papiae testimoniis haurire quam Nazaraeorum evangelium omnium evangeliorum radicem existimare docuit. scholae Tubingensis demum propugnatores, Albertus Schweglerus[1]) et ipse Ferdinandus Chr. Baurius[2]) Lessingii sententiam repetierunt et promoverunt. sed tale evangelium canonicis antepositum iam permultis, ipsi de Wettio[3]) displicebat. illam sententiam impugnavit F. Franckius,[4]) cui Hebraeorum evangelium e canonico Matthaei, passim etiam Lucae derivanti, summa in re assensum praebuerunt Franc. Delitzschius,[5]) H. Ewaldius,[6]) F. Bleekius,[7]) H. J. Holtzmannus,[8]) alii. Baurius ipse, iam correcta eius sententia

[1]) Nachapost. Zeitalter. Tubing. 1846. I. p. 248: „So kommen wir denn nach Abhörung aller dieser Zeugnisse auf unsern gleich anfangs aufgestellten, und im Verlaufe unserer Untersuchung öfter wiederholten Satz zurück, dass unser griechischer Matthäus die letzte Redaction des Hebräer-Evangeliums, der Abschluss seiner mannigfachen Wandlungen und verschiedenartigen Gestaltungen war."

[2]) Krit. Untersuchungen über die kanon. Evangelien, Tubing. 1847 p. 577: „Was folgt nun aber hieraus für unser Matthäus-Evangelium? Doch wohl diess, dass es verschiedene Recensionen eines und desselben Evangeliums gab, was sich am besten aus der Voraussetzung erklären lässt, das alte Hebräer-Evangelium, auf welches wir von verschiedenen Seiten als gemeinschaftliche Quelle zurückgewiesen werden, sei früh in das Griechische übersetzt worden, und diese griechische Uebersetzung selbst habe sich auf verschiedene Weise modificirt, bis sie endlich in unserm kanonischen Matthäus-Evangelium zu ihrer jetzigen Form sich fixirte."

[3]) Lehrbuch der hist.-krit. Einleitung in die kanon. Bücher des Neuen Test. ed. Berol. 1849. praefat. p. VI: „Im Abschnitte von den Evangelien, den nicht-kanonischen und kanonischen, hatte ich meine Ansicht gegen die Kritik *Baur's* und seiner Schüler zu vertheidigen, die von ihnen heraufbeschworenen Gespenster des Hebräer-Evangeliums als des ältesten aller Evangelien und des Urlukas zu verscheuchen" u. s. w.

[4]) Ueber das Evangelium der Hebräer, theol. Studien und Krit. 1848. p. 369 sq.

[5]) Neue Untersuchungen über Entstehung und Anlagen der kanon. Evangelien, part. I. Das Matthäus-Evangelium, Lips. 1853 p. 20 sq.

[6]) Jahrb. der bibl. Wissenschaft VI (1854) p. 36 sq.

[7]) Einleitung in das Neue Test., Berolin. 1862 p. 104 sq. p. 287.

[8]) Synopt. Evangelien, Lips. 1863 p. 267.

de Marcionis evangelio tamquam Lucani evangelii radice,[1]) de Hebraeorum evangelio tacebat.[2]) equidem et ipse evangelium secundum Matthaeum primitus graece scriptum, inde aramaeo sermone evangelium Hebraeorum, graeco canonicum manasse censui.[3]) Volkmarus eo progressus est, ut omnia evangelii secundum Hebraeos fragmenta cum canonico Matthaei evangelio comparata seriorem originem prodere pronuntiaverit.[4]) evangelium secundum Hebraeos G. A. Freytagio[5]) iam ideo e Lucae et Matthaei evangeliis compositum videbatur, quia Hegesippo (circa a. 160) antiquiorem testem non habeat, et hac fere aetate illud scriptum esse putavit. R. Angerus[6]) iudicavit: „iam vero ev. Hebraeorum, testantibus quae supersunt reliquiis, cognatum cum ev. Matthaei, iis in rebus, in quibus ab eo differt, nunquam certo formam principalem, plerumque indubitate formam derivatam praebet." solus Reussius ev. Hebraeorum e graeco in aramaeum sermonem translatum esse negavit.[7]) iam neminem e schola

[1]) cf. Volkmari commentationem: „Ueber das Lukas-Evangelium nach seinem Verhältniss zu Marcion und seinen dogmatischen Charakter," theol. Jahrb. 1850. p. 110 sq. p. 185 sq.; meum librum: Krit. Untersuchungen über die Evangelien Justin's, der clem. Homilien und Marcion's, Hal. 1850; Volkmari librum: Das Evang. Marcions. Lips. 1852; meam commentationem: Das marcionitische Evang. und seine neueste Bearbeitung, theol. Jahrb. 1853. p. 192 sq.

[2]) Baurius in libro: Das Christenthum und die christl. Kirche der drei ersten Jahrhh. ed. I. (Tubing. 1853) p. 24 sq., ed. II. (ibid. 1860) p. 25 cum Schleiermachero τὰ λόγια Matthaei statuisse videbatur. in opere postumo: „Vorlesungen über NTliche Theologie, Lips. 1864 p. 23 plane meam sententiam de evangelii secundum Matthaeum origine professus est: „Welche Ansicht man auch von dem alten Hebräer-Evangelium und von der in sehr natürlichem Zusammenhang damit stehenden Nachricht haben mag, dass Matthaeus sein Evangelium in hebräischer Sprache geschrieben habe, so viel scheint aus den neuesten Untersuchungen mit gutem Rechte als gemeinsames Resultat hervorzugehen, dass in unserm kanonischen Matthäus-Evangelium zwischen einer Grundschrift und einer spätern Bearbeitung zu unterscheiden ist. Der Grundschrift gehören die judaisirenden Bestandtheile des Evangeliums an, der Ueberarbeitung die freien und universellen."

[3]) Die Evangelien nach ihrer Entstehung und geschichtlichen Bedeutung, Lips. 1854. p. 117 sq.

[4]) Die Religion Jesu und ihre erste Entwickelung, Lips. 1857. p. 407: „Sämmtliche Fragmente, die wir davon (ex ev. Hebraeorum) haben, verrathen ihr secundäres Verhalten zu unserm griechischen Matthäus."

[5]) Die heil. Schriften des neuen Test. Berlin 1861. p. 6.

[6]) in commentationis supra (p. 8 not. 3) laudatae part. III. p. 14 sq.

[7]) Geschichte der heil. Schriften des Neuen Test., ed. III. p. 186, ed. IV. p. 191 sq.

critica huic evangelio tamquam omnium evangeliorum fonti patrocinari R. A. Lipsius praedicavit.[1]) ita fere etiam D. F. Straussius de Hebraeorum evangelio iudicavit[2])

iam conclamatum igitur Hebraeorum evangelium mihi quidem non indignum videbatur, cuius fragmenta colligerem et diiudicarem.[3]) illud autem evangelium cum canonico Matthaei evangelio comparans ubique fere formam principalem animadverti, in Nazaraeorum quidem evangelio aramaeo, non in Ebionaeorum graeco evangelio longe diverso. Weizsäckerus[4]) meam sententiam reprobavit, sed non refutavit,[5]) Volkmarus priorem sententiam suam repetiit, sed nullis argumentis confirmavit.[6]) omni nova cognitione Hieronymi et Lessingii iudicium confirmatur. Hebraeorum evangelium nobis evangeliorum originem investigantibus etiam nunc Archimedis punctum praebet, quod tot viri docti in evangelio secundum Marcum frustra quaesiverunt.

[1]) „Ferdinand Christian Baur und die Tübinger Schule“ in: „Unsere Zeit“ VI (1862) p. 252.

[2]) Das Leben Jesu für das deutsche Volk bearbeitet, Lips. 1864. p. 50: „Freilich erhellt eben aus diesen Stellen, die zum Theil das Gepräge späterer Ueberlieferung an sich tragen, dass das von Hieronymus übersetzte Hebräer-Evangelium, weit entfernt, das ursprüngliche Matthäus-Evangelium zu sein, vielmehr, wenn es der Ueberlieferung zufolge mit diesem zusammenhängen soll, eher eine noch spätere Ueberarbeitung desselben als unser jetziger Matthäus war.“

[3]) Das Evangelium der Hebräer, Zeitschr. für wiss. Theologie 1863. IV. p. 345 sq.

[4]) Untersuchungen über die evangelische Geschichte, Gothae 1864 praefat. p. VI, in ipso libro p. 181. 223. 318 sq. 407.

[5]) cf. meam libri Weizsäckeriani censuram, Zeitschrift für wiss. Theologie 1865. II. p. 168. not. 1.

[6]) Der Ursprung unserer Evangelien nach den Urkunden, laut den neuern Entdeckungen und Verhandlungen, Turici 1866, ubi post Marci evangelium omnium antiquissimum antiquius quidem „evangelium secundum Hebraeos“ ante Lucae evangelium conceditur (p. 11. 123. 160 sq.), sed Nazaraeorum evangelium aramaeum post Lucae et Matthaei evangelia, post medium quoddam Hebraeorum. evangelium „secundum Petrum“ annis fere 120—140 compositum (p. 100 sq. 136 sq.) ultimum additur, annis fere 120—150 vindicatum.

I. NAZARAEORUM EVANGELIUM.

Nazaraei unico evangelio utebantur, quod quamvis apostolo Matthaeo adscriptum *κατὰ Ματϑαῖον* appellare non opus erat. nam ceterorum evangelistarum libri deerant apud Nazaraeos. illud autem a Catholicorum evangeliis iam titulo *καϑ' Ἑβραίους* discernebatur.[1]) Paulum respuit alter titulus: *κατὰ τοὺς (δώδεκα) ἀποστόλους* (v. supra p. 8 not. 2). quamvis aramaeo sermone et hebraicis literis conscriptum,[2]) iam secundo seculo graece versum esse videtur. nam Papias Hieropolitanus Matthaei librum hebraeum (vel aramaeum) varie translatum esse retulit.[3]) Hegesippus autem praeter syriacum (vel aramaeum) etiam graecum evangelium secundum Hebraeos memorasse videtur.[4]) Clementem Alexandrinum (ad Matth. hebr. XI, 28 sq.) et Origenem (ad Matth. hebr. XVII, 1 sq.) Hebraeorum evangelium laudantes ex tempore graece vertisse vix quisquam censebit. denique Tischendorfius e codicis alicuius evangeliorum Matthaei et Marci margine hebraici evangelii fragmenta edidit,[5]) procul dubio e graeca ver-

[1]) cf. supra p. 5 not. 2, p. 6 not. 2.

[2]) cf. Eusebium ad Matth. hebr. XXV, 14—30, Hieronymum ad Matth. hebr. IV, 13. XII, 9 sq, XXVII, 51.

[3]) cf. librum meum: Kanon und Kritik des Neuen Test. p. 18 not. 2. Papias ita loquitur, ut nullam graecam versionem iam ab ecclesia receptam et ceteris usitatiorem, ut Delitzschius l. l. p. 11 censuit, agnoverit.

[4]) v. supra p. 5 not. 2, p. 7 not. 3.

[5]) codex est literis minusculis scriptus, IX. fere seculi exeuntis. Matthaei evangelio subscripta sunt: *εὐαγγέλιον κατὰ ματϑαῖον· ἐγράφη καὶ ἀντεβλήϑη ἐκ τῶν* (add. *ἐν*) *ἱεροσολύμοις παλαιῶν ἀντιγράφων· τῶν ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει ἀποκειμένων· ἐν στίχοις ͵βφιδ'* (2514)· *κεφφ. τνε* (355). in margine scholia unciali charactere adscripta sunt, quorum quatuor iudaici evangelii variantes lectiones ad Matth. IV, 5. XVI, 17. XVIII, 22. XXVI, 74 notaverunt, cf. Tischendorfii notitiam codicis Sinaitici, Lips. 1860. p. 58.

sione, sed ea accuratissima hausta. itaque etiam nobis licebit, hebraici Matthaei fragmenta ad graecum Matthaeum adnotare. quaecunque quodam modo incerta sunt, sive locus sive verba, uncinis inclusi.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΘ' ῾ΕΒΡΑΙΟΥΣ.

I, 1—16 (sine v. 17): *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ υἱοῦ Ἀβραάμ κτλ.* (sine Thamara, Rahaba, Rutha, Bathseba v. 3. 5. 6 memoratis, ut videtur; sed v. 8 inter *Ἰωρὰμ* et *Ὀζίαν* hebraicus Matthaeus non iam omisisse videtur illos tres reges *Ὀχοζίαν*, *Ἰωάς*, *Ἀμασίαν*, v. 11 inter *Ἰωσίαν* et *Ἰεχονίαν*, vel *Ἰωαχίμ*, huius patrem *Ἰωακίμ*, quos graecus Matthaeus omisit). v. 16 ita fere: *Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰησοῦν ἐκ τῆς Μαρίας.*

I, 18—II, 23 deerant.

III, 1—13: ecce mater Domini et fratres eius dicebant ei: „Joannes baptista baptizat in remissionem peccatorum, eamus et baptizemur ab eo.“ dixit autem eis: „Quid peccavi, ut vadam et baptizer ab eo? nisi forte hoc ipsum quod dixi ignorantia est.“

ita Jesus a matre sua Maria paene invitus ad accipiendum Joannis baptisma compulsus est.

III, 14—17. quum Jesus baptizaretur, ignis super aquam visus est.

factum est autem, quum ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis spiritus sancti et requievit super eum et dixit illi: „Fili mi, in omnibus prophetis exspectabam te, ut venires et requiescerem in te. tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum.“

IV, 5: (*τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος*) *ἐν Ἱερουσαλήμ.*

V, 17. לֹא לְמִפְתַּח מִן אוֹרַיְיתָא דְמֹשֶׁה אֲתֵיתִי אֶלָּא לְאוֹסָפֵי עַל אוֹרַיְיתָא דְמֹשֶׁה אֲתֵיתִי׃

(V, 27—32). בְּרָא וּבְרַתָּא כַּחֲדָא יָרְתוּן

VI, 11: panem nostrum crastinum (מָחָר) da nobis hodie.

(X, 34—36): eligam mihi bonos, illos bonos, quos pater meus coelestis (in coelis) dedit.

(XI, 28): *ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαήσεται.*

XII, 10: (et ecce) homo, qui aridam habuit manum, auxilium precatus est: „Caementarius eram, manibus victum quaeritans. precor te, Jesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.“

XVI, 17: (*μακάριος εἶ, Σίμων*) *Υἱὲ Ἰωάννου.*

(XVII, 1): (*Ἰησοῦς ἔφη*) *Ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν μιᾷ τῶν τριχῶν μου καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Ταβώρ.*

XVIII, 6. 7: inter maxima ponitur crimina, qui fratris sui spiritum contristaverit.

et numquam, inquit, laeti sitis, nisi quum fratrem vestrum videritis in caritate.

XVIII, 22: „Si peccaverit,“ inquit, „frater tuus in verbo et satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum.“ dixit illi Simon discipulus eius: „Septies in die?“ respondit Dominus et dixit ei: „Etiam ego dico tibi: usque septuagies septies. etenim in prophetis quoque, postquam uncti sunt spiritu sancto, inventus est sermo peccati.“

(XIX, 3): *γυνή* (*τις*) *ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διεβλήθη ἐπὶ τοῦ κυρίου.*

XIX, 16—24: (*καὶ ἰδοὺ προσῆλθον αὐτῷ δύο πλούσιοι. εἷς εἶπεν Διδάσκαλε ἀγαθέ. ὁ δὲ εἶπεν Μή με λέγε ἀγαθόν· εἷς ἐστιν ἀγαθός, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*). dixit ad eum alter divitum: „Magister, quid bonum faciens vivam?“ dixit ei: „Homo, legem et prophetas fac.“ respondit ad eum: „Feci.“ dixit ei: „Vade, vende omnia quae possides et divide pauperibus et veni sequere me.“ coepit autem dives scalpere caput suum.

et non placuit ei. et dixit ad eum Dominus: „Quomodo dicis: „Legem feci et prophetas, quoniam scriptum est in lege: „Diliges proximum tuum sicut te ipsum, et ecce Lev. XIX, 18. multi fratres tui filii Abrahae amicti sunt stercore morientes prae fame, et domus tua plena est multis bonis, et non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos." et conversus dixit Simoni discipulo suo sedenti apud se: „Simon, fili Johanne, facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum coelorum."

XXI, 9: אושענא ברמא (*ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις*).

XXIII, 35: זְכַרְיָה בַּר יְהוֹיָדָע (*Ζαχαρίου υἱοῦ Ἰωϊαδά*).

XXV, 14—30: (*τὸ εἰς ἡμᾶς ἧκον ἑβραϊκοῖς χαρακτῆρσιν εὐαγγέλιον τὴν ἀπειλὴν οὐ κατὰ τοῦ ἀποκρύψαντος ἐπῆγεν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἀσώτως ἐζηκότος. τρεῖς γὰρ δούλους περιεῖχε, τὸν μὲν καταφαγόντα τὴν ὕπαρξιν μετὰ πορνῶν καὶ αὐλητρίδων, τὸν δὲ πολλαπλασιάσαντα, τὸν δὲ κατακρύψαντα τὸ τάλαντον· εἶτα τὸν μὲν ἀποδεχθῆναι, τὸν δὲ μεμφθῆναι μόνον, τὸν δὲ συγκλεισθῆναι δεσμωτηρίῳ*).

(*Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι*).

XXVI, 20—29. (etiam Jacobus frater Domini bibit calicem Domini).

XXVI, 74: *καὶ ἠρνήσατο καὶ ὤμοσεν καὶ κατηράσατο (ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον)*.

XXVII, 16: בַּר רַבָּן (*Βαρραββᾶν*), qui propter seditionem et homicidium fuerat condemnatus.

XXVII, 51: (et ecce) superliminare templi infinitae magnitudinis fractum est atque divisum.

XXVII, 62—66 (inter sepulcri custodes erat servus sacerdotis).

XXVIII, 1—10: Dominus autem quum dedisset sindonem suum servo sacerdotis, ivit ad Jacobum et apparuit ei. iuraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberet calicem Domini, donec videret eum resurgentem a mortuis.

(rursusque post paululum): tulit panem et benedixit ac fregit et post dedit Jacobo iusto et dixit ei: „Frater

mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis a dormientibus."

XXVIII, 16—20: *καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν, κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. — — μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν.*

εὐαγγέλιον κατὰ Ἑβραίους στίχοι ͵βσ′ (2200).

ADNOTATIONES.

I, 1—16. hoc evangelii secundum Hebraeos initium Delitzschius quidem negavit l. l. p. 63 sq., sed argumentis minime probantibus. Cerintho et Carpocrati Epiphanius iam illud evangelium tribuit, quo (seriores) Ebionaei utebantur (cf. p. 7 not. 1. 2 et infra Evang. Ebionaeorum). sed illi procul dubio antiquiori huius evangelii forma utebantur. a genealogia autem Jesu profecti Cerinthus et Carpocrates Jesum e virgine natum negaverunt, cf. Epiphan. Haer. XXX, 3 (v. supra p. 7 not. 2) c. 14 (v. supra p. 7 not. 1). XXVIII, 5: *Χρῶνται γὰρ* (Cerinthiani) *τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ ἀπὸ μέρους καὶ οὐχὶ ὅλῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν γενεαλογίαν τὴν ἔνσαρκον.* profecto haec genealogia, qua iam Cerinthus usus est ad partum virginis impugnandum, a iudaizantibus Christianis recepta erat neque eorum evangelio defuit, sed ea non iam in canonicam formam redacta. nam haec sequenti nativitatis historiae ita adaptata est, ut Matth. I, 16 exeat: *Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησεν τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ Χριστός.* Cerinthus et Carpocrates autem antiquiori forma usi sunt, ubi Josephus non iam ita a generatione Jesu remotus erat. neque addita erat illa clausula Matth. I, 17, qua quaternorum denorum membrorum tres series, ab Abraamo usque ad Davidem, a Davide usque ad captivitatem Babylonicam, ab hoc exilio usque ad Christum supputantur. haec artificiose addita esse iam tertia series uno membro manca docet. secunda autem series ita reducta est ad XIV membra, ut Matthaeus canonicus v. 8 inter *Ἰωρὰμ* et *Ὀζίαν* illos tres reges *Ὀχοζίαν, Ἰωάς, Ἀμασίαν,* quos Syrus Curetoni retinuit, v. 11 inter *Ἰωσίαν* et *Ἰεχονίαν* (vel *Ἰωαχίμ*) huius patrem *Ἰωακίμ* suppresserit, etiam nominum similitudine adiutus (cf. Straussii Leben Jesu für das deutsche Volk p. 328 sq.). idem canonicus Matthaeus v. 3. 5. 6 ad infirmandum potius quam confirmandum principalis genealogiae Judaismum addidisse videtur illas mulieres: Thamaram, Rahabam, Rutham, Bathsebam, quas Judaeos offendisse docuit Abr. Geigerus (Urschrift und Uebersetzungen der Bibel, Vratislav. 1857 p. 361 sq.).

„I, 18—II, 23 deerant.“ Cerinthum et Carpocratem haec respuisse constat. etiam in Nazaraeorum evangelio haec defuisse iam ex Epiphanio coniicere licet, qui Haer. XXIX, 9 se nescire confessus est, *εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας τὰς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον* Nazaraei, itaque cetera defuisse supposuit, quae Matth. I. II. leguntur. qui iam Nazaraeorum evangelium e canonico Matthaeo derivare volunt, ei etiam talem fere nativitatis et infantiae Jesu narrationem vindicare student, sed non probaverunt. Hegesippus (apud Eusebium HE. III, 20, 1) Domitianum Christi adventum timuisse dixit, *ὡς καὶ Ἡρώδης* (Matth. II, 3). sed Hegesippus, qui apud Eusebium HE. II, 23, 16 Jacobum iustum moribundum talia fere locutum esse retulit, quae Luc. XXIII, 34 Jesu tribuuntur, etiam canonica evangelia novit (cf. librum meum: Kritische Untersuchungen über die Evangelien Justin's etc. p. 369). neque ipse Hieronymus Nazaraeorum evangelium talia fere continuisse testatur. nam hoc evangelium non tetigit, ubi Hebraeorum vel Nazaraeorum sententias huc spectantes retulit. Hieronymus ad Abacuc. III, 3 (Opp. VI, 637): „audivi ego Hebraeum totum locum ita disserere, quod Bethleem sita sit ad austrum, in qua natus est Dominus atque salvator (Matth. II, 1 sq.), et ipsum esse, de quo nunc dicatur: „Dominus ab austro

veniet," hoc est nascetur in Bethleem et inde consurget. et quia ipse, qui natus est in Bethleem, legem quondam dedit in monte Sinai, id est in monte Pharan. Pharan quippe vicinus est locus monti Sina. et quod infertur *diapsalma*, id est semper, habere sensum: ipse qui natus est in Bethleem, et qui in Sina, id est in monte Pharan, legem dedit, semper in universis beneficiis, praeteritis et praesentibus et futuris, auctor est et largitor." Hebraeus ille, cui Hieronymus hanc contortam interpretationem debuit, Christianus fuerit. quidni etiam Catholicorum evangelia noverit? nullo certo argumento Franckius l. l. p. 420 ex hoc loco conclusit, etiam Judaeo-Christianorum evangelium Jesum Bethleemi natum tradidisse. Hieronymus ad Matth. II, 5 (Opp. VII, 14) notavit: „librariorum hic error est. putamus enim ab evangelista primum editum, sicut in ipso hebraico legimus, *Judae*, non *Judaeae*." haec ad ipsum Veteris Testamenti, non evangelii primi textum hebraicum respicere iam Delitzschius l. l. p. 64 recte monuit. Hieronymus ad Jes. XI, 1 (Opp. IV, 153): „illud quod in evangelio Matthaei (II, 23) omnes quaerunt ecclesiastici et non inveniunt, ubi scriptum sit: „Quoniam Nazaraeus vocabitur," eruditi Hebraeorum de hoc loco assumptum putant." Franckius l. l. etiam hos „eruditos Hebraeorum" Judaeo-Christianos fuisse suspicatus est, qui in proprio evangelio voc. *Ναζωραῖος* legerint. sed haec mera est coniectura. ne id quidem argumentum sufficit, quod Hieronymus de vir. illustr. c. 3 (v. supra p. 8) sententiam suam de Nazaraeorum evangelio defendens ad Matth. II, 15. 23 revocavit, ubi graecus evangelista Veteris Testamenti textum hebraicum, non LXX translatores sequatur. illud evangelium verbo tenus graece versum esse, ne in mentem quidem venit Hieronymo, qui id solum censuit, quod etiam nunc nonnulli, quibus hebraica primi evangelii origo iam tali Veteris Testamenti usu probata videtur. hoc argumento Hieronymus Eusebium secutus est, ut canonici evangelii hebraeam originem lectoribus persuaderet. utrumque vero locum e canonici evangelii initio desumptum etiam in Nazaraeorum evangelio exstitisse minime asseruit. recte iam Crednerus (Beiträge zur Einleitung in die bibl. Schriften I. p. 401) haec diiudicavit.

ea quae canonicus Matthaeus de partu virginis narravit, in aramaeo Nazaraeorum evangelio defuisse, iam inde constat, quod spiritus sanctus ibi secundum graecum sermonem (*τὸ πνεῦμα*) masculinas, hic secundum hebraeum vel aramaeum sermonem (רוּחָא) femininas partes agit (cf. Matth. hebr. III, 14—17. XVII, 1). non vitae initium, sed baptismus Jesu tamquam filii Dei nativitas describitur. ipsi Ebionaei partum virginis aut concedentes aut negantes commune evangelium hac de re nihil tradidisse docent.

III, 1—13. p. 15, 11—15. Hieronymus adv. Pelagianos III, 2 (Opp. II, 782): „in evangelio, quod chaldaeo quidem sermone, sed hebraicis literis scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni, secundum apostolos, sive ut plerique autumant, iuxta Matthaeum, quod in Caesariensi habetur bibliotheca, narrat historia: „Ecce mater Domini" etc.

l. 11. „Joannes baptista baptizat in remissionem peccatorum." cf. Matth. III, 6 *καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.* Marc. I, 5 (iisdem fere verbis). Luc. III, 5 *κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.*

l. 12. 13. „dixit—ignorantia est." Jesus non baptizatur a Joanne nisi antea se peccatis vere immunem professus. quum Joannes a baptizandis peccatorum confessionem postulasset, iam ab initio quaerebatur, quo tandem modo Christus ita inaugurari potuerit. hanc difficultatem Nazaraeorum evangelium nondum ita solvit, ut Joannes Jesum tamquam se longe digniorem primo baptizare noluerit, Jesus autem hac in re omnem iustitiam implere voluerit (Matth. III, 14. 15). sed res simplicius ita expeditur, ut Jesus ipse nullius peccati sibi conscius primo baptizari noluerit. profecto simplicior est haec narratio illa canonica, quae neminem docet, unde tandem Joanni dignitatis Jesu notitia venerit. — fratres Jesu (cf. Matth. hebr. XXVIII, 1—10 p. 17, 36 sq., canon. XII, 46. XIII, 55) l. 11 ita memorantur, ut huius generatio miraculosa prorsus seponatur.

p. 15, 16. 17. „ita Jesus—compulsus est." tractatus de rebaptismate s. de non iterando baptismo (in Cypriani opp. ed. Venet. 1728. p. 643): „confictus liber, qui inscribitur „Pauli praedicatio." in quo libro contra omnes scri-

pturas et de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, et ad accipiendum Joannis baptisma paene invitum a matre sua Maria esse compulsum." haec Cyprianus qui dicitur e (Petri) Pauli(que) praedicatione, cuius scriptor evangelio secundum Hebraeos usus esse videtur (v. infra), odiose potius quam fideliter reddidit. nam Jesus nullius peccati sibi conscius invitus a matre compellitur ad Joannis baptisma cum peccatorum remissione et poenitentia coniunctum accipiendum.

III, 14—17. p. 15, 18. 19. „quum Jesus—visus est." tractatus de rebaptismate e (Petri) Pauli(que) praedicatione referens l. l. pergit: „item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum; quod in nullo evangelio est scriptum." Cyprianus qui dicitur antea impugnaverat illos (Gnosticos), quorum nonnulli tentaverunt, „se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum et decurtatum baptisma tradere, quod taliter dicuntur adsignare, ut quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. — est autem adulterini huius immo internecini baptismatis si quis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis haereticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur Pauli praedicatio." de illo igne cf. quae disserui in libro meo: Kritische Untersuchungen über die Evv. Justin's" etc. p. 166 sq. addo Eusebium de paschate c. 4 (Nova patrum bibliotheca Rom. 1847. Tom. IV. p. 212: *δι᾽ ὕδατος καὶ πυρὸς ἁγίου πνεύματος ἀναγεννηθέντες*).

p. 15, 20—25. „factum est autem—in sempiternum." Hieronymus ad Jes. XI, 1 (Opp. IV, 156): „Porro in evangelio, cuius supra fecimus mentionem (paulo ante Hieronymus scripserat: „sed iuxta evangelium, quod hebraeo sermone conscriptum legunt Nazaraei: Descendet super eum omnis fons spiritus sancti") haec scripta reperimus „Factum est autem" etc.

p. 15, 21. „descendit fons omnis spiritus sancti." iam Cerinthus cognato evangelio usus Christum *ἐν εἴδει περιστερᾶς* in Jesum descendisse docuit, cf. Irenae. adv. haer. I, 26, 1. Philosophum. VII, 33 p. 257 (X, 2 p. 328): *καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκ τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα αὐθεντίας τὸν Χριστὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς*. Epiphan. Haer. XXVIII, 1: *κατεληλυθέναι τὸν Χριστὸν εἰς αὐτόν, τουτέστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν εἴδει περιστερᾶς*. Theodoret. haer. fab. II, 3: *τὸν δὲ Χριστὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς ἄνωθεν εἰς αὐτὸν κατελθεῖν*. non audiendus est Delitzschius, qui l. l. p. 22 iam illud: „descendit super eum omnis fons spiritus sancti" e graeco evangelio ita derivare voluit, ut Matth. III, 16 *ὡσεὶ περιστεράν* versum sit כעין יונא.

p. 15, 22—25. „et dixit illi—in sempiternum." haec profecto simpliciora et antiquiora sunt, quam vox illa coelestis Matth. III, 17, ubi Jesus ipse non appellatur, sed Joanni filius Dei declaratur: *οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα*, de quibus revoco ad librum meum: Die Evangelien p. 57 sq. quae Nazaraeorum evangelium retulit, plane congruunt Judaeorum exspectationi, quam in Justini dialogo c. 8 p. 226 Tryphon ita pronuntiavit: *Χριστὸς δὲ εἰ καὶ γεγένηται, ἄγνωστός ἐστι καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται οὐδὲ ἔχει δύναμίν τινα, μέχρις ἂν ἐλθὼν Ἠλίας χρίσῃ αὐτὸν καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ*, cf. c. 49 p. 268. c. 110 p. 336. Jesus e Davidis semine natus in baptismo Dei filius creatur, ut cum Paulo Rom. I, 3. 4 loquar, *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*. ecce fontem communem, unde Gnostici Christum superiorem in baptismo homini Jesu se coniunxisse tradebant, et Judaeo-Christianorum Christus profectus est, ὃς *ἀπ᾽ ἀρχῆς αἰῶνος ἅμα τοῖς ὀνόμασιν μορφὰς ἀλλάσσων τὸν αἰῶνα τρέχει, μέχρις ὅτε ἰδίων χρόνων τυχών, διὰ τοὺς καμάτους θεοῦ ἐλέει χρισθείς, εἰς ἀεὶ ἕξει τὴν ἀνάπαυσιν* (Clem. Hom. III, 20).

IV, 5. p. 15, 26. 27. codicis illius Tischendorfiani margo haec notata praebet: *τὸ ἰουδαϊκὸν* (sc. *εὐαγγέλιον*) *οὐκ ἔχει Εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀλλ᾽ ἐν ιλημ*. itaque diabolus דברה בירושלים. Jesus non miraculose e deserto in sanctam urbem transfertur, ut canonicus Matthaeus tradidit, sed Jerusalemi in templi fastigio ponitur.

V, 17 (27—32). p.16, 1—3. Tract. Schabbath c. XVI p. 116 a. b. narravit, R. Gamlielem eiusque sororem Emmam Salom ita illusisse philosophum, i. e.

christianum theologum, qui incorruptus ferebatur. Eleezeri uxor candelabrum aureum attulit et hunc rogavit, ut haereditatis socia fieret. philosophus respondit, dividendam esse haereditatem. tum illa: „sed secundum nostram legem filia expers est, si filii supersunt.“ philosophus: „postquam terram vestram amisistis, Mosis' lex abrogata, evangelium (אֶוָן) institutum est, in quo scriptum est: „filius et filia cohaeredes sunt“ (supra aramaice laudata). postero die Gamliel frater libycum asinum attulit. doctor inquit: „in evangelio etiam scriptum est: „non veni, ut de Mosis lege quidquam tollerem, sed ut adderem Mosis legi veni“ (quae supra aramaice reddita sunt). in hac autem (lege) scriptum est: „si filius existit, filia haereditatis expers est“ (cf. Num. XXVII, 8). tum illa: „accende candelam tuam.“ Gamliel autem dixit: „asinus candelabrum subvertit.“ quae ex evangelio laudantur, J. M. Jostius (Geschichte des Judenthums und seiner Sekten. part. II, Lips. 1858. p. 38 sq.) summo iure ex aramaeo evangelio secundum Hebraeos hausta esse censuit. erravit Delitzschius, qui l. l. p. 22 scripsit: „Und wenn die im 16. Abschnitt des Tract. Sabbath aus dem Evangelium citirte Stelle אנא לא למיפק מאוריתא דמשה אתיתי אלא לאוספי על אוריתא דמשה אתיתי (Uebers. v. Mt. 5, 17) aus dem Hebräer-Ev. genommen wäre, so würde auch daraus folgen, dass dasselbe eine Uebersetzung, und zwar eine schlechte, des griech. Matthäus war; doch wage ich das nicht zu behaupten, da das Missverständniss des griech. Textes (vgl. dagegen die clem. Homilien III, 51) gar zu grob ist, und der Zusammenhang der talmud. Erzählung kein wortgetreues Citat erwarten lässt.“ haec Delitzschius mihi quidem minime persuasit. evangelii non canonici verba laudantur. quonam iure Matthaeum canonicum V, 17 (*μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι*) ita perperam aramaice versum esse censebimus? aramaeum evangelium solam legem memoravit eamque integram servandam, sed novis praeceptis augendam. inter haec nova praecepta etiam illud referendum est, quod filius et filia cohaeredes sunt (p. 17, 3). Lucas XII, 13 narravit, aliquem Jesum rogasse, ut fratrem suam iuberet haereditatem dividere.

VI, 11. p. 16, 4. 5. „panem—hodie.“ Hieronymus ad Matth. VI, 11 (Opp. VII, 34): „In evangelio, quod appellatur secundum Hebraeos, pro supersubstantiali pane (ita Hieronymus perperam vertit *τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον*) reperi *Mahar* (מחר), quod dicitur crastinum, ut sit sensus: „Panem nostrum crastinum, id est futurum, da nobis hodie.“ profecto luculentum non tantum aramaei sermonis, sed etiam praestantiae huius evangelii documentum. nam voc. *ἐπιούσιος*, quod canonicus Matthaeus praebet, minime ab *ἐπὶ* et *οὐσία*, unde *ἐπουσιώδης* efficeretur, sed vere a voc. *ἡ ἐπιοῦσα* derivandum est, Weizsäckerum, qui l. l. p. 407 illam interptretationem defendit, ad ipsum Meyerum revoco. non mirum est, ecclesiam primitivam et eius evangelium orationem dominicam aramaeam accurate conservasse, graecum vero interpretem novum voc. *ἐπιούσιος* formasse. Jesus discipulos suos vere iussit, quotidie (*σήμερον*) solius crastini diei victum oratione petere, de ceteris non esse sollicitos, cf. Matth. VI, 34. mirum in modum Delitzschius l. l.: „Es ist unwahrscheinlich, ja fast undenkbar, dass aus לַחְמָנָא דִמְחָר mittelst Uebertragung *τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον* geworden sein sollte; das *ἐπιούσιον* führt, ins Hebräische oder Aramäische zurückgedacht, vielmehr auf לֶחֶם חֻקֵּנוּ oder לַחְמָא דִמְסַתְּנָא (Spr. 30, 8 Targ.). Das מחר ist eine nicht allein unzutreffende sondern auch sachlich ganz unpassende Uebersetzung.“

(X, 34—36) p. 16, 6. 7. Eusebius in Theophania (syriace edita a Lee, Londin. 1842) IV, 12: „causam autem separationum animarum, quae domibus eveniet, docet, quemadmodum in uno loco reperimus, in evangelio Judaeorum, in loco hebraico (*ἑβραϊστί*), ubi inquit: „Eligam“ etc. Ewaldi versionem parum accuratam: „Ich wähle mir die Guten, die Guten sind's, welche mir mein Vater im Himmel gab“ (Jahrbb. d. bibl. Wiss. VI. p. 40 sq.) mihi roganti Ad. Merxius emendavit. etiam hoc loco, ut apud Matthaeum fieri solet (V, 16. 45. 48. VI, 1. 9 etc.), occurrit *ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. plane ita iudaizans Clemens Romanus Recogn. I, 51: „invitare venit ad regnum iustos quosque et eos qui placere studuerunt ei, quibus bona ineffabilia praeparavit et Hierusalem civitatem coelestem, quae super splen-

dorem lucis fulgebit in habitatione sanctorum. *iniustos* vero et impios — — competentibus ipsisque dignis ultionibus tradet.“ illud hebraici evangelii effatum, quod Ewaldius Joannei quod dicitur evangelii sensum et colorem prodere asseruit, ipsi canonico Matthaeo IX, 9—13 repugnat, ubi Jesus cum publicanis et peccatoribus (i. e. gentilibus, cf. Matth. XXVI, 45. Luc. XVIII, 32. Enoch. XCIX, 2. Tob. IV, 17. XIII, 6. Sap. Sal. X, 20. Clem. Hom. XI, 16 *ὡς οὐκ Ἰουδαῖος ἁμαρτωλός*) convivens dixisse fertur: *οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.*

(XI, 28) p. 16, 8. 9: *ὁ θαυμάσας — ἀναπαήσεται.* Clemens Alex. Strom. II, 9, 45 p. 453: *ἢ κἀν τῷ καθ᾽ Ἑβραίους εὐαγγελίῳ Ὁ θαυμάσας βασιλεύσει γέγραπται, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαήσεται.* Clemens Alex. paulo ante laudaverat Platonis Theaet. p. 74: *οὐκ ἄλλην ἀρχὴν φιλοσοφίας εἶναι ἢ τὸ θαυμάζειν, τὸ τοῦ φιλοσόφου πάθος.* cf. etiam Aristotelis Metaph. I, 2, 15: *διὰ γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν.* Clemens Alex. paulo ante etiam e Matthiae traditionibus laudaverat illud: *θαύμασον τὰ παρόντα.* — de forma *ἀναπαήσεται* cf. nostra Prolegomena ad Herm. Past. p. IX not. 1. — de re ipsa cf. Clem. Rom. epi. II, 5 p. 67, 19 sq.: *ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου.* c. 6 p. 68, 15. 16: *ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν.*

XII, 10 p. 16, 10—13. „(et ecce) homo — mendicem cibos.“ Hieronymus ad Matth. XII, 13 (Opp. VII, 77): „in evangelio quo utuntur Nazaraei et Ebionitae, quod nuper in graecum de hebraeo sermone transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthaei authenticum, homo iste, qui aridam habet manum, caementarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium precans: „Caementarius eram manibus victum quaeritans. precor te, Jesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.“ ille igitur, cuius manus arida, caementarius fuisse et Jesum rogasse traditur, ut manu in integrum restituta, ipse sibi victum parare possit. canonicus Matthaeus XII, 10—13 haec omnia omisit, tantummodo hominem, cuius manus arida, adfuisse tradidit, et quum adversarii dolose quaesissent, num sabbato sanare liceat, Jesum illam licentiam defendisse eaque usum esse narravit. omnia iam ad illam controversiam de sanationibus sabbato aut licitis aut illicitis spectant. Hebraeorum evangelium simplicius ipsam hominis miseriam descripsit.

XVI, 17. p. 16, 14. illius codicis Tischendorfiani margini ad Matth. XVI, 17 adscriptum est: *τὸ ἰουδαϊκόν Υἱὲ Ἰωάννου.* etiam graece versum Hebraeorum evangelium aramaea vocabula accuratius reddidit, quam Matthaeus canonicus. Petri pater a Matthaeo hebraeo etiam XIX, 24 Joannes appellatus confirmatur ev. Joan. I, 43. XXI, 15—17. בַּר־יוֹחָנָן Matthaeus canonicus (*Βαριωνᾶ*) ita reddidit, ut prius quidem vocabulum aramaice repetatur, alterum vero, praeeuntibus LXX interpretibus (4 Regg. XXV, 23), in *Ἰωνά* mutatum sit.

(XVII, 1) p. 16, 15—18: (*Ἰησοῦς ἔφη*) *Ἄρτι — Ταβώρ.* Origenes in Joan. Tom. II, 6 (Opp. IV, 63 sq.): *ἐὰν δὲ προσίεταί τις τὸ καθ᾽ Ἑβραίους εὐαγγέλιον, ἔνθα αὐτὸς ὁ σωτήρ φησιν Ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Ταβώρ.* Hom. in Jerem. XV, 4 (Opp. III, 224): *εἰ δέ τις παραδέχεται τὸ Ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Ταβὼρ καὶ τὰ ἑξῆς.* Hieronymus in Mich. VII, 6 (Opp. VI, 520): „sed qui legerit Canticum Canticorum et sponsum animae Dei sermonem intellexerit credideritque evangelio, quod secundum Hebraeos editum nuper transtulimus, in quo ex persona salvatoris dicitur: „Modo tulit me mater mea Spiritus sanctus in uno capillorum meorum.“ in Jes. XL, 12 (Opp. IV, 485): „sed et in evangelio, quod iuxta Hebraeos scriptum Nazaraei lectitant, Dominus loquitur: „Modo me tulit mater mea spiritus sanctus.“ haec vulgo relata ad Jesu tentationem iam Baurius (Manichäisches Religionssystem p. 485) ad Jesu transfigurationem Matth. XVII, 1 sq. revocavit. voc. *ἀναφέρειν* non usitatum nisi de rebus plane ita ut Matth. XVII, 1 (Marc. IX, 2) ad personas refertur. spiritum sanctum filii Dei matrem iam apud Matthaeum hebr. III, 14—17 reperimus. quod autem spiritus sanctus Jesum in uno capillorum tulisse dicitur, seriorem et plane apocrypham huius narrationis originem

minime probat. iam Ezechiel VIII, 3 narravit, virum coelestem manu porrecta se apprehendisse in cincinno capitis, וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת רֹאשִׁי וַתִּשָּׂא אֹתִי רוּחַ בֵּין־הָאָרֶץ וּבֵין־הַשָּׁמַיִם וַתָּבֵא אֹתִי יְרוּשָׁלַמָה בְּמַרְאוֹת אֱלֹהִים׃ LXX: *καὶ ἀνέλαβέ με τῆς κορυφῆς μου καὶ ἀνέλαβέ με πνεῦμα ἀνὰ μέσον τῆς γῆς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἤγαγέ με εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ὁράσει θεοῦ.* historia Beli et draconis graeco Danielis libro addita v. 35: *καὶ ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ ὁ ἄγγελος κυρίου τοῦ Ἀμβακοὺμ τῆς κόμης αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ἔθηκεν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ λάκκου τοῦ ἐν Βαβυλῶνι.* ita fere Act. VIII, 39 *πνεῦμα κυρίου ἥρπασεν τὸν Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος.* cf. etiam Hermae Past. Vis. I, 1 p. 1, 10. 11. II, 1 p. 3, 14. 15, Ascensionem Jesaiae VI, 14, et quae iam notavi in libro meo: Die Glossolalie, p. 90. eodem iure quo Matth. VIII, 30 sq. XII, 43 sq. *ἀρχαϊκώτερα* iudicamus, etiam huius narrationis antiquitatem agnoscere debemus.

XVIII, 6. 7, p. 16, 18. 19: „inter maxima — contristaverit.“ Hieronymus ad Ezech. XVIII, 7 (Opp. V, 207): „in evangelio quod iuxta Hebraeos Nazaraei legere consueverunt, inter maxima ponitur crimina, qui fratris sui spiritum contristaverit.“

p. 16, 20. 21: „et nunquam — in caritate.“ Hieronymus ad Eph. V, 4 (Opp. VII, 64): „ut in hebraico quoque evangelio legimus Dominum ad discipulos loquentem: „Et nunquam, inquit, laeti sitis, nisi quum fratrem vestrum videritis in caritate.“

XVIII, 22. p. 16, 22 — 27: „Si peccaverit — sermo peccati.“ Hieronymus adv. Pelagianos III, 2 (Opp. II, 782 sq.), postquam Matth. hebr. III, 1 — 13 laudavit, pergit: „in eodem volumine: „Si peccaverit, inquit,“ etc. ultima (l. 26. 27) confirmat codicis Tischendorfiani margo, ubi ad Matth. XVIII, 22 notatum est: *τὸ ἰουδαϊκὸν* (sc. *εὐαγγέλιον*) *ἑξῆς ἔχει μετὰ τὸ Ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· Καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις μετὰ τὸ χρισθῆναι αὐτοὺς ἐν πνεύματι ἁγίῳ εὑρισκέτω* (l. *εὑρίσκεται*) *ἐν αὐτοῖς λόγος ἁμαρτίας.* quae comparata cum canonico Matthaeo minime reprobanda sunt. hic dedit: *τότε προσελθὼν ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλὰ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Petri quaestionem in Matthaeo hebraico optime praecedit Jesu effatum de venia fratri uno die septies danda, quod etiam Lucas XVII, 4 ita conservavit: *καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ λέγων Μετανοῶ, ἀφήσεις αὐτῷ.* prophetae autem peccato immunes optime illustrantur Matth. hebr. III, 14 — 17 p. 15, 22. 23.

(XIX, 3) p. 16, 28. 29. *γυνή* (*τις*) — *τοῦ κυρίου.* Papias, teste Eusebio HE. III, 39, 17, *ἐκτέθειται — ἱστορίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ κυρίου, ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει.* Matthaeum hebraicum nonnullas narrationes peculiari modo introduxisse iam vidimus (III, 1 — 13. XII, 10. XVII, 1). ita fere etiam illud colloquium de dimittenda uxore introductum esse videtur.

XIX, 16. 17. p. 16, 30 — 33. *καὶ ἰδοὺ — ἐν τοῖς οὐρανοῖς*). haec praemittenda videntur, quia „alter divitum“ l. 33 sq. colloquium continuat. priori diviti illa tribuo, quae ab altero omissa constanter ad hoc colloquium referuntur. Justinus Martyr Dial. c. 101 p. 328 *λέγοντος αὐτῷ τινός Διδάσκαλε ἀγαθέ, ἀπεκρίνατο Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθός, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς* (Apol. I, 16 p. 63: *προσελθόντος αὐτῷ τινος καὶ εἰπόντος Διδάσκαλε ἀγαθέ, ἀπεκρίνατο λέγων Οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ μόνος ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα,* cf. Marc. X, 17. Luc. XVIII, 18). Marcosii apud Irenaeum adv. haer. I, 20, 2: *τῷ εἰπόντι αὐτῷ Διδάσκαλε ἀγαθέ, τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν θεὸν ὡμολογηκέναι εἰπόντα Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθός ὁ πατὴρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Naasseni apud Orig. Philosophum. V, 7 p. 102: *τοῦτον εἶναι φησὶν ἀγαθὸν μόνον. καὶ περὶ τούτου λελέχθαι τὸ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λεγόμενον Τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθός, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Valentinus apud Clementem Alex. Strom. II, 20, 114 p. 488: *εἷς δέ ἐστιν ἀγαθός.* Ptolemaeus epi. ad Floram apud Epiphanium Haer. XXXIII, 7: *ἕνα γὰρ μόνον εἶναι ἀγαθὸν θεὸν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἀπεφήνατο, ὃν αὐτὸς*

ἐφανέρωσεν. Clem. Hom. III, 57: ἔφη Μή με λέγε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν. XVIII, 1: τῷ λέγειν Μή με λέγε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν, ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. c. 3: αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν τῷ εἰπόντι Φαρισαίῳ Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; πρῶτον ἔφη Μή με λέγε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν, ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. cf. quae hac de re iam disserui (Krit. Untersuchungen etc. p. 220 sq. 362. 426, theol. Jahrb. 1853 p. 207. 235 sq.; 1857 p. 414 sq.).

p. 16, 30. 31. *δύο πλούσιοι.* binum numerum Matthaeus canonicus alibi retinuit, IV, 18 sq. VIII, 19—22. 28. IX, 27 sq. X, 2 sq. XI, 3 (ubi *δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ*, non *διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* legendum videtur). XX, 30. XXI, 1. 2 sq. XXVIII, 1.

p. 16, 31. *Διδάσκαλε ἀγαθέ.* quae in canonico evangelio unicus dives quaerit, hic alteri diviti reservantur. apud canonicum Matthaeum, sive cum textu recepto legas: *καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν αὐτῷ εἶπεν Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός,* sive cum Lachmanno et Tischendorfio: *καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν αὐτῷ εἶπεν Διδάσκαλε, τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα σχῶ ζωὴν αἰώνιον; ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός,* cuius lectionis antiquissimus testis Origenes est, — apud canonicum igitur Matthaeum duae res diversae iam miscentur: appellatio boni magistri, quam Jesus repudiavit, et quaestio illa de assequenda vita aeterna.

p. 16, 33—17, 9: „dixit ad eum — in regnum coelorum." Origenes in Matth. Tom. XV, 14 (Opp. III, 671 sq.) secundum veterem interpretem: „scriptum est in evangelio quodam, quod dicitur secundum Hebraeos, si tamen placet alicui suscipere illud non ad auctoritatem, sed ad manifestationem propositae quaestionis: „Dixit ad eum" etc. haec optime procedunt. alteri diviti quaerenti, „quid bonum faciens viveret," Jesus primum respondet: „homo, legem et prophetas fac." nam lege et prophetis tota Veteris Testamenti religio comprehenditur (cf. Matth. canon. V, 17. VII, 12. XXII, 40. Rom. III, 21 etc.). praecipua mandata, quae apud canonicum Matthaeum (XIX, 18. 19) singula laudantur, hic bene omittuntur. omnia legis et prophetarum mandata dives, tamquam nullius criminis sibi conscius, se iam perfecisse asseruit. itaque non ad lege superiorem perfectionem (Matth. canon. XIX, 21: *εἰ θέλεις τέλειος εἶναι*) commonetur, sed quasi iam perfectus (cf. Matth. hebr. X, 34—36) pauperibus opes largiri et eum sequi iubetur, qui non habebat, ubi caput reclinet (Matth. canon. VIII, 20), cuius discipuli omnia deseruerant, ut eum sequerentur (Matth. canon. XIX, 27 cf. v. 29). hoc autem postulato ipsa illa iustitia, qua dives gloriatur, refutatur. opum condonatio diviti displicet. itaque Jesus perfectae iustitiae opinionem diluit, quum dives praecepti illius (Lev. XIX, 8) immemor tot proximos, i. e. filios Abrahae, egere siverit. fratris vel proximi notio plane eadem estMatth. canon. V, 43. cf. V, 22. 23. 27. VII, 3. 4. 5. XVIII, I5. 21, plane diversa Luc. X, 29 sq. opes autem condonandae non pertinent ad perfectionem quandam lege superiorem, quam Matthaeus canon. XIX, 20. 21, invita Protestantium theologia, aperte docet, sed ad ipsam legem implendam, cf. Clem. Recogn. II, 29: (magister noster) „e contrario eos, qui in divitiis ac luxuria versabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebantur, arguens eos rationem reddituros, quia proximos suos, quos diligere sicut se ipsos debuerant, ne in egestate quidem positos miserati sunt." etiam magis ad Jesu comitatum opes condonandae referuntur. quum dives igitur iam ostendisset, quantum amoris erga proximum habendi impedimentum divitiae sint, Jesus Simoni Joannis filio (cf. Matth. hebr. XVI, 17) sedenti apud se solenniter affirmat, quae etiam apud Matthaeum canon. XIX, 24 leguntur. omnia optime inter se conveniunt. quod autem Simon sedet apud Jesum, bene congruit „magistro" circumdato a discipulis, cf. Matth. canon. V, 1. Luc. II, 46, Josephum de bello iud. I, 6, 5: *ἦσαν δὲ οὐκ ὀλίγοι παρεδρεύοντες αὐτῷ* (Judae Essaeo) *τῶν μανθανόντων.* neque audiendus est Franckius, qui l. l. 404 secundum quartum evangelium Petrum apostolorum principem hoc privilegio privare voluit. neque offendere debet solemnis illa appellatio: „Simon fili Johanne," quam Franckius tam universali

sententiae non convenire censuit. solennis appellatio (cf. Joan. XXI, 15—17) sententiae gravissimae optime convenit.

XXI, 9. p. 17, 20. אושענא ברמא. Hieronymus epi. 20 ad Damasum (Opp. I, 68): „denique Matthaeus, qui evangelium hebraeo sermone conscripsit, ita posuit: „Osanna Barrama,“ id est Osanna in excelsis.“ haec ex Hebraeorum evangelio deprompta esse bene monuit Angerus l. l. III. p. 13 not. 2. itaque apud Matthaeum canon. XXI, 9 *ὠσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις* respondent aramaeis illis vocabulis. iam diu me miratum, quod interpretes voc. *ὡσαννά* ab illo הוֹשִׁיעָה נָּא Ps. CXVIII, 25 (LXX *σῶσον δή*) repetunt, hoc vocabulum ab aramaeo voc. אוֹשַׁעְנָא (serva *nos*) repetendum esse docuit Adalb. Merxius. alterum voc. Angerus aut ad hebr. בְּרָמָה aut ad chaldaicum בְּרָמָא revocavit addiditque, hoc vocabulum nunquam de coelis dictum inveniri, nec nisi in paraphrasi chald. verborum Jerem. XXXI, 15, ubi duae huius loci interpretationes iunguntur, in altera nomen רָמָה de coelis accipi, quam quidem explicationem Fürstius apud Judaeos vulgatam esse asserat. Ad. Merxius hoc voc. ad ܒܡܪܰܘܡܳܐ revocare maluit. omnino optimus sensus evadit: „serva *nos* in altitudine, iuva *nos* in coelis,“ non: „Heil gieb in den höchsten Regionen (Luc. II, 14), d. i. im höchsten Himmel (Eph. IV, 10), Deinem Thronsitze, von wo es auf den Messias herniederkomme,“ quae Meyeri est interpretatio, neque: „Heil werde gerufen (von den Engeln) im Himmel,“ quae Fritzschii et Olshausenii est interpretatio, neque: „Hosianna *gelte* im Himmel, werde von Gott ratificirt,“ ut De Wettius (cf. Bleekium) interpretatus est. equidem ad voc. ברמא confero Sirac. XXVI, 16 (*ἥλιος ἀνατέλλων ἐν ὑψίστοις*). XLIII, 9 (*ἐν ὑψίστοις κύριος*). Luc. II, 14. XIX, 38, ad totam exclamationem evangelium Nicodemi (Gesta Pilati c. 1 p. 210 ed. Tischdf.), ubi Jesu Hierosolyma ingredienti Judaei acclamasse dicuntur: *Ὡσαννὰ μεμβρομῆ βαρουχαμμᾶ ἀδοναΐ*, h. e. secundum Thilonem (cod. apocr. N. T. I. p. 511) et Tischendorfium (בשם) הושיעה נא במרומים ברוך הבא אדוני, secundum A. Merxium ܐܘܫܰܥܢܰܢ ܒܡܪܰܘܡܳܐ בָּרוּךְ ܥܰܡܳܐ אֲדֹנָי (cf. Peschito Matth. XXI, 9) i. e. serva nos in excelsis, benedictus sit populus, domine. hebraea aramaeis mixta sunt.

XXIII, 35. p. 17, 11. זְכַרְיָה בַּר יְהוֹיָדָע. Hieronymus ad Matth. XXIII, 35 (Opp. VII, 190): „in evangelio, quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiae filium Jojadae reperimus scriptum.“ ita liberamur ab illa cruce interpretum apud Matthaeum canonicum: *Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου*. nam Zachariam Jojadae filium ultimus Veteris Testamenti liber (2 Chron. XXIV, 20 sq.) iubente rege Joaso בַּחֲצַר בֵּית יהוה (LXX *ἐν αὐλῇ οἴκου κυρίου*) lapidatum esse retulit, cf. Joseph. Ant. IX, 8, 3. itaque ab Abele iusto, cuius caedem primus Veteris Testamenti liber narravit (Gen. III, 8 sq.), usque ad illum Zachariam omnis sanguis iustus, quem sacra scriptura effusum esse tradidit, comprehenditur. Matthaeus autem canonicus Zachariam prophetam *τὸν τοῦ Βαραχίου* (Zach. I, 1) intellexit et sic emendare voluit. quam correctionem Delitzschio l. l. p. 21 miram visam esse miror.

XXV, 14—30 p. 17, 12—19. (*τὸ εἰς ἡμᾶς — δεσμωτηρίῳ*) hoc hebraici evangelii fragmentum ex Eusebii graeca Theophania (Novae Patrum bibliothecae Tom. IV. Rom. 1847 p. 155) primus edidit O. F. Fritzschius (Monatsschrift des wissenschaftl. Vereins in Zürich 1856 p. 56 sq.), sed Eusebium portentosae interpretationis iniuste accusavit. Matthaeus hebraicus singulis unum talentum traditum esse dixit. ita etiam apud Lucam XIX, 13—27 singulis servis eadem pecunia (*μνᾶ*) traditur. Matthaeus canonicus duos servos duplam pecuniam lucro comparasse narravit, tertium unicum talentum in terra absconditum conservasse, illos eandem laudem mercedemque a domino recepisse, hunc pecunia privatum summa poena damnatum esse. Matthaeus hebraicus neque idem auctae pecuniae exemplum repetiit, neque tertium perditae pecuniae exemplum praetermisit, neque medium conservatae pecuniae exemplum tam severa poena damnavit. ille servus, qui traditam pecuniam auxit, gratiose recipitur; qui pecuniam traditam tantum modo conservavit, iam vituperatur: qui creditam pecuniam perdidit, reprobatur et punitur. haec omnia perspicua et logicae rationi plane congrua sunt. neque

in hebraico evangelio nos offendit, quod ille servus, qui traditam pecuniam non auctam reddidit, acerbissima poena reprobatur, quam iam Lucas XIX, 24 sq. valde mitigavit. hebraici evangelii etiam hic cognoscitur praestantia. eiusque tertium servum non tantum in illa parabola Luc. XV, 11 sq. (cf. v. 13 *καὶ διεσκόρπισεν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ζῶν ἀσώτως*, v. 30 *ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ τῶν πορνῶν*), sed etiam apud Matthaeum canonicum XXIV, 48 sq. quodam modo recognoscimus.

anonymus quidem in hanc meam sententiam vehementer invectus est (Erklärung eines Gleichnisses, veranlasst durch eine Erklärung, Predigt der Gegenwart 1865, fasc. IV. V. p. 279 sq.). sed trivialem sensum, quem mihi supposuit, nunquam defendi, parabolam sic interpretatus: servus ille qui pecuniam creditam auxit, Judaeos significat, qui legis observationi christianam fidem addiderunt sive de thesauro suo nova et vetera protulerunt (Matth. XIII, 52). ille, qui pecuniam creditam conservavit, non auxit, Judaeos significat, qui legis divinae observatione contenti erant. denique ille, qui pecuniam creditam perdidit, gentiles significat, qui Dei legem plane deseruerunt (cf. Luc. XV, 11 sq.). anonymus ille in canonico evangelio et ipse eum servum, qui pecuniam tantum modo conservavit, ad Judaeos infideles retulit, duos vero, qui eam auxerunt, Graecos et Romanos interpretatus est contra omnem Novi Testamenti consuetudinem, ubi Judaeis Graeci vel gentiles opponuntur, contra Jesu ipsius sententiam, cf. Matth. V, 47. VI, 7. 32. XVIII, 17. eadem pecunia tribus illis servis credita Dei voluntatem significat, cui Judaei fideles, non infideles satis fecerint, a gentilibus omnino contemptam. quam ob rem Matthaeus canonicus, qui evangelium gentilium ecclesiae accommodare voluit, tertium perditae pecuniae exemplum praetermisit, fideles e gentibus et Judaeis pecuniae auctae mercedem recepisse, infideles Judaeos iam acerbissime punitos esse tradidit, cf. Matth. canon. VIII, 12. XXI, 43. XXII, 7.

p. 17, 20. (*Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι*). hoc pervulgatum Christi effatum hoc loco inserendum videtur. ita Clementis Hom. II, 51: *εὐλόγως ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἔλεγεν Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.* III, 50: *ἐν τῷ φῆναι Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.* XVIII, 20: *οὕτως γὰρ εἶπεν Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.* Constitutt. app. II, 36 p. 64, 7. 8: *καὶ πάλιν Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι* (c. 37 p. 64, 12: *γίνεσθε οὖν ὡς ἀργυρονόμοι ἐπιστήμονες*). Apelles gnosticus apud Epiphanium Haer. XLIV, 2: *οὕτως γάρ, φησίν, ἔφη ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.* Clemens Alex. Strom. I, 28, 177 p. 425: *εἰκότως ἄρα καὶ ἡ γραφὴ τοιούτους τινὰς ἡμᾶς διαλεκτικοὺς οὕτως ἐθέλουσα γενέσθαι παραινεῖ Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται, τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες* (1 Thess. V, 21), cf. II, 4, 15 p. 436. VI, 10, 81 p. 780. Origenes in Joan. Tom. XIX, 2 (Opp. IV, 283): *ἐντολὴν Ἰησοῦ λέγουσαν Δόκιμοι τραπεζῖται γίνεσθε,* in Matth. Tom. XVII, 31 (Opp. III, 815): *ὁ κατὰ τὴν γραφὴν ὀνομαζόμενος δόκιμος τραπεζίτης.* in Matth. XXIV, 5 (Opp. III, 852): „illud mandatum, quod ait: „Estote prudentes nummularii.“ Dionysius Alex. apud Euseb. HE. VII, 7, 3: *ὡς ἀποστολικῇ φωνῇ συντρέχον τῇ λαλούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.* Pamphilus in Apologiae pro Origene praefatione (Origenis opp. Tom. IV. append. p. 18): „istud — mandatum, quo probabiles iubentur effici trapezitae, scientes quod bonum est retinere, ab omni autem mala specie se abstinere“ (cf. 1 Thess. V, 21). Ambrosius in Luc. prooem. (Opp. ed. Colon. 1616, Tom. III, 3 (quasi bonus nummularius). Hieronymus epi. 119 vel 152 (Opp. I, 815): „salvatoris verba dicentis: „Estote probati nummularii.“ Cassianus collat. I, 20: „ut efficiamur secundum praeceptum Domini probabiles trapezitae.“ Socrates HE. III, 16. etiam alios scriptores contulerunt Cotelerius ad Constt. app. l. l. et Fabricius cod. apocr. NT. I. p. 329 sq. III, 524. de hoc Christi effato cf. librum meum: „Kritische Untersuchungen“ etc. p. 369.

XXVI, 20—29. p. 16, 21. 22. Jacobus frater Domini iam in ultima eius coena adfuisse traditur, cf. Matth. hebr. XXVIII, 1—10. haec narratio primitivae certe Palaestinensis ecclesiae mentem bene expressit, quae ecclesia Jacobum ita celebravit, ut ipsis apostolis praeficeretur, cf. Gal. II, 9. 12. 1 Cor. XV, 7. Clem. Recogn. I, 43. 68 (episcoporum princeps). c. 73

(archiepiscopus). IV, 35 (Hom. XI, 35), epi. Petri ad Jacob. et Contestationem Jacobi Homiliis praemissas. Jacobus igitur in huius ecclesiae evangelio iam tum Jesu discipulis additus (cf. Constitt. app. VI, 12 p. 128, 26, etiam II, 55 p. 82, 25) vel praefectus Pauli locum ad XII apostolos accessuri quodam modo praeoccupavit.

XXVI, 74. p. 17, 24. 25. codicis illius Tischendorfiani margini ad Matth. l. l. (*τότε ἤρξατο καταθεματίζειν καὶ ὀμνύειν*) adscriptum est: *τὸ ἰουδαϊκόν· καὶ ἠρνήσατο καὶ ὤμοσεν καὶ κατηράσατο.* Matthaeus hebraicus ita graece versus etiam hic canonico Matthaeo praeferendus est. nam Petrus primo negavit (Matth. XXVI, 70: *ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων*), tum iuramentum addidit (XXVI, 72: *καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου*). tertiae igitur negationi optime additur detestatio vel dira imprecatio. summum illud *καὶ κατηράσατο* solum Hebraeorum evangelium bene conservavit, progressum ipsum Matthaeus canonicus iam ex parte obliteravit.

XXVII, 16. p. 17, 25. 26. בַּר רַבָּן — condemnatus.“ Hieronymus ad h. l. (Opp. VII, 229): „iste in evangelio, quod scribitur iuxta Hebraeos, *filius magistri* eorum interpretatur, qui propter seditionem et homicidium. fuerat condemnatus.“ si voc. „eorum“ ad ipsum aramaei evangelii textum pertineret, ibi scriptum videretur בַּר רַבְּהוֹן, nisi cum Angero (Synops. evv. p. 275) restituere malis בַּר אַבָּא דְּהוּא בַּר רַבְּהוֹן. sed voc. „eorum“ procul dubio additum est ab Hieronymo interpretante, qui legit בַּר רַבָּן, i. e. „filius magistri,“ non „filius magistri nostri“ (רַבָּנָא). hoc vero nomen plane idem quod בַּר אַבָּא, *Βαραββᾶς* apud Matthaeum canonicum valere bene animadverterunt Ewaldius (Geschichte Christus und s. Zeit. ed. II. p. 480) et E. Reussius (Geschichte der heil. Schriften des Neuen Test. ed. IV. p. 192). nam Rabbinos etiam patres appellatos esse docet Matth. XXIII, 9, cf. Anastasii epi. Antiocheni vel Chrysostomi scholion ad Matth. XXVII, 16 (in Tischendorfii Novi Test. ed. VII): *ὁ βαραββᾶς, ὅπερ ἑρμηνεύεται διδασκάλου υἱός.* Matthaeus hebraicus minime graeci evangelii accusativum *Βαραββᾶν* tamquam nominativum reddidit, ut post Paulum (theolog. Conservatorium I. p. 143), Crednerum (Beiträge zur Einleitung in die bibl. Schriften I. p. 405. 409), De Wettium (Lehrb. d. hist.-krit. Einleitung in die kanon. Bb. des NT. §. 65^b. ed. VI. p. 102 sq.), Bleekium (Beiträge zur Evangelienkritik, Berol. 1846 p. 61 sq., Einleitung in das Neue Test. p. 108), Delitzschium l. l. p. 21 equidem et ipse (die Evangelien etc. p. 117) et H. J. Holtzmannus (Synopt. Evangelien, Lips. 1863 p. 267) censuimus. eundem Rabbini filium Matthaeus uterque designavit. Matthaeus hebraicus autem addidit: „qui propter seditionem et homicidium fuerat condemnatus,“ unde Marc. XV, 7: *ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν στασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν.* Luc. XXIII, 19: *ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον βληθεὶς ἐν τῇ φυλακῇ.*

XXVII, 51. p. 17, 27. 28. „(et ecce) — divisum.“ Hieronymus ad h. l. (Opp. VII, 236 sq.): „in evangelio, cuius saepe fecimus mentionem, superliminare templi infinitae magnitudinis fractum esse atque divisum legimus.“ ep. 120 ad Hedibiam (Opp. I, 831): „in evangelio autem, quod hebraicis literis scriptum est, legimus non velum templi scissum, sed superliminare templi mirae magnitudinis corruisse.“ epi. 18 ad Damasum (Opp. I, 53): „quod autem sublatum est, inquit, superliminare (אַמּוֹת הַסִּפִּים, LXX *τὸ ὑπέρθυρον*), et domus impleta est fumo (Jes. VI, 4), signum est templi iudaici destruendi et incendendae universae Jerusalem, quam videmus nunc destructam. nonnulli vero, in superioribus consentientes, in extrema parte dissentiunt. nam superliminare sublatum illo tempore praedicant, quando velum templi scissum est, et universa domus Israel erroris nube confusa.“ haec cum Matthaeo canonico comparata minime damnanda sunt. quod in graeco evangelio velum templi scinditur, aditum ad Deum ipsum per Christi mortem apertum significare videtur (cf. Hebr. IX, 8. VIII, 19 sq.). in aramaeo evangelio velum templi nondum scinditur, sed terra concussa templi iudaici superliminare immensum corruit, iudaicae superstitionis et hierarchiae fundamenta concutiuntur. Delitzschio quidem l. l. p. 22 in Hebraeorum evangelio graecum voc. *καταπέτασμα* tamquam שְׁקוֹפָא intellectum esse videtur.

XXVII, 62—66. p. 17, 29. 30. „(inter sepulcri custodes erat servus sacerdotis).“ cf. Matth. hebr. XXVIII, 1—10 p. 17, 31. Crednerus (Beiträge zur

Einleitung in d. bibl. Schriften I, 406 sq.): „Der servus sacerdotis kann nur die am Grabe aufgestellte Wache sein. Diese Angabe des Hebräer-Evang. ist unstreitig der parallelen im Evang. des Matthäus 27, 62—66 und 28, 11—14, vorzuziehen, nach welcher das Synedrium eine *römische* Wache zur Aufstellung am Grabe von Pilatus sich erbeten haben soll. Der einfachere Bericht des hebräischen Evang. beseitigt alle die Schwierigkeiten, welche von den Auslegern des Matthäus schon längst hervorgehoben sind.“

XXVIII, 1—10. p. 17, 31—18, 2. „Dominus—a mortuis.“ Hieronymus de vir. illustr. c. 2 (Opp. II, 831 sq.): „evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebraeos et a me nuper in graecum latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes saepe utitur, post resurrectionem salvatoris refert: „Dominus autem“ etc.

huius narrationis antiquitatem iam Paulus testatur 1 Cor. XV, 7 *ἔπειτα ὤφϑη Ἰακώβῳ.* l. 34 „ab illa hora qua liberat calicem Domini“ cf. Matth. hebr. XXVI, 20—29.

XXVIII, 1—10. p. 17, 36—18, 2: „tulit panem—a dormientibus.“ Hieronymus l. l. pergit: „rursusque post paululum: „Tulit panem“ etc. l. 36. 37. „tulit panem et benedixit ac fregit.“ cf. Luc. XXIV, 30: *λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησεν καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.* 16. „Jacobo iusto.“ de hoc fratris Domini cognomine cf. Hegesippum apud Eusebium HE. II, 23, 4 sq. IV, 22, 4 et Clementem Alex. in Hypotyposibus apud Euseb. HE. II, 1, 3. 4. „Frater mi.“ Jacobus frater Domini proprie, non translate dicitur, cf. Matth. hebr. III, 1—13 p. 15, 11. et quae hac de re contra Wieselerum disputavi (Zeitschr. für wiss. Theologie 1860. II. p. 113 not.).

XXVIII, 16—20. p. 18, 3—8. *καὶ ὅτε—συνέπιεν.* Ignatius ad Smyrn. c. 3: *ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλϑεν, ἔφη αὐτοῖς Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐϑὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν, κρατηϑέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. διὰ τοῦτο καὶ ϑανάτου κατεφρόνησαν, εὑρέϑησαν δὲ ὑπὲρ ϑάνατον (ϑανάτου* Jacobson.). *μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικός, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.* haec cognata quidem illis sunt, quae Luc. XXIV, 36 sq. Joan. XX, 24 sq. narrantur, sed ita discrepant, ut iam Eusebius, evangelii secundum Hebraeos immemor, se nescire confessus sit, unde ea hausta sint, HE. III, 36, 11: ὁ δ᾽ *αὐτὸς* (Ignatius) *Σμυρναίοις γράφων οὐκ οἶδ᾽ ὁπόϑεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ Χριστοῦ διεξιών· Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἐλήλυϑεν, ἔφη αὐτοῖς Λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον· καὶ εὐϑὺς αὐτοῦ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν.* fontem ipsum invenit Hieronymus de vir. illustr. c. 16 (Opp. II, 855): „Ignatius scripsit — epistolam — ad Polycarpum [Smyrnaeorum episcopum] — in qua et de evangelio, quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium dicens: „Ego vero et post resurrectionem in carne eum vidi et credo quia sit. et quando venit ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: „Ecce palpate et videte me, quia non sum daemonium incorporale.“ et statim tetigerunt eum et crediderunt.“ in Jes. l. XVIII prol. (Opp. IV, 770): „Quum enim apostoli eum putarent spiritum, vel iuxta evangelium, quod Hebraeorum lectitant Nazaraei, incorporale daemonium, dixit eis: „Quid turbati estis“ etc. (Luc. XXIV, 38 sq.). quae Hebraeorum evangelium tradidit, etiam in Petri (Paulique) praedicationem transierunt. Origenes de princ. prooem. c. 8 (Opp. I, 49): „ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi salvator videtur ad discipulos dicere: „Non sum daemonium incorporeum.“ Merxius contulit Ephraem. Syr. II. p. 543 D.

Matthaeus hebraeus a canonico in historia resurrectionis ita discrepat, ut nihil narrasse videatur, quod Jesum e mortuis resuscitatum apostolis in Galilaea demum visum esse tradat. haec autem apud canonicum Matthaeum secundam quandam manum produnt. iam apud Matth. canon. XXIII, 37—39 praedicitur, Hierosolymitanos Jesum, quem occisuri sint, non antea visuros esse, quam gloriose rediturum. Matth. canon. XXVI, 32 nexus aperte turbatur abrupta illa sententia: *μετὰ δὲ τὸ ἐγερϑῆναί με προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.*

nam quae antecedunt et sequuntur de apostolis dominum deserturis aut negaturis agunt. Matth. can. XXVIII, 1—10 Christus resuscitatus prope Hierosolyma mulierum oculis redditur, sed apostoli iubentur Galilaeam proficisci, ut ibi Dominum conspiciant, qui apostolos in Galilaea ad omnes gentes misit instruendas et baptizandas (XXVIII, 16—20). Matthaeus hebraicus Dominum resuscitatum ipsis Hierosolymis primo Jacobo, qui post ultimam coenam panem non ederat, apparuisse coenamque sacram iterum celebrasse, tum Petro ceterisque apostolis visum se vere resuscitatum ostendisse contrectatione ciboque et potu narravit. huius narrationis antiquitas confirmatur ipsius Pauli testimonio, qui 1 Cor. XV, 5—8 duplicem apparitionum seriem praebere videtur, primo *ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείονες μένουσιν, ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν*, tum: *ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι κἀμοί.* neque Matthaeum canonicum, qui Dominum *ἐν Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν* (IV, 15) apostolos iussisse maluit *μαθητεύειν πάντα τὰ ἔθνη βαπτίσαντας αὐτούς*, sed hebraicum secutus Marcus XVI, 14 sq. Dominum iam Hierosolymis apostolis apparuisse retulit. etiam Lucas XXIV praeter Paulum (v. 34) Matthaeum hebraicum secutus Dominum resuscitatum iam Hierosolymis visum esse tradidit (v. 36 sq.). uterque Matthaeus non tantum in prima, sed etiam in ultima evangelii parte discrepat, et haec discrepantia eo redit, ut Matthaeus hebraicus viam Christi ad gentes ibi per magos orientales repraesentatam, hic apostolis in Galilaea congregatis mandatam nondum noverit.

p. 18, 9: *εὐαγγέλιον κατὰ Ἑβραίους στίχοι ͵βσ'* Nicephori stichometria (apud Crednerum, Zur Geschichte des Kanons p. 120, Geschichte des NTlichen Kanon p. 243), numero (͵βς') emendato secundum Anastasii versionem: „evangelium secundum Hebraeos vers. MMCC.“ itaque Matthaei hebraici, sed graece versi volumen superabat evangelium secundum Marcum, cui versus MM tribuuntur, sed superabatur a Matthaeo canonico, cuius versus MMD (evangelii secundum Joannem MCCC) recensentur. etiam hoc versuum numero confirmatur universa illa ratio, quae inter utrumque Matthaeum, hebraicum et graecum, intercedit. nam illud ita in graecum sermonem translatum est gentiumque ecclesiae accommodatum, ut antiquioribus abbreviatis nova permulta accesserint.

contraria ratio omnino non probatur, neque ad Hebraeorum evangelium revocandum est, quod Hieronymus ad Matth. XXVII, 9, ubi tamquam Jeremiae verba laudantur, quae Zachariae XI, 13 sunt, haec notavit (Opp. VII, 218): „legi nuper in quodam hebraico volumine, quod Nazarenae sectae mihi Hebraeus obtulit, Jeremiae apocryphum, in quo haec ad verbum scripta reperi.“ si Hieronymus haec etiam in evangelio secundum Hebraeos, quod accurate laudare solet, legisset, non solum illud hebraicum volumen memorasset. Angerus in Synopsi evangeliorum p. 234, qui Delitzschio l. l. p. 21 valde placuit, non recte ita argumentatus est: „talia fingendi nulla Nazarenis causa fuisset, nisi ea verba in suo ipsorum evangelio tamquam Jeremiae oraculum proposita invenissent.“ quasi Nazaraeis canonica evangelia plane ignota fuissent! haec igitur inter illius evangelii reliquias recipere nolui. etiam ex Hegesippo (apud Photium bibl. cod. 232) praetermisi: *τῶν τε θείων γραφῶν καὶ τοῦ κυρίου λέγοντος Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα,* quae a Matthaeo canon. XIII, 16 non vere discedunt et etiam e canonicis evangeliis Hegesippo iam notis hausta esse possunt, cf. Luc. X, 23. quae autem Papias in *λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως* l. IV. de Judae exitu retulit, ad Matthaeum hebr. XXVII, 3—10 referre dubitavi. Papiae verba Oecumenius in Act. c. II, Theophylactus in Matth. XXVII, 3 sq. et in Act. I, 16 al. (cf. Angeri Synopsin evv. p. 233 sq.) ita fere reddiderunt: *Μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ἰούδας. πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι.*

evangelium secundum Hebraeos, cuius fragmenta collegi et diiudicavi, antiquissimam omnium evangeliorum radicem fuisse etiam e tot antiquorum ecclesiae scriptorum usu cognoscimus. nam eo usi sunt, postquam iam surculi

canonici inde progerminaverunt. post Cerinthum et Carpocratem (Matth. hebr. I, 1—16. III, 14—17), Petri (Paulique) praedicationem (III, 1—13. 14—17. XXVIII, 16—20), Ignatium (XXVIII, 16—20) nomino Papiam Hieropolitanum (XIX, 3), Hegesippum (cf. p. 1 not. 2), Clementem Alexandrinum (XI, 28. XXV, 14—30 p. 17, 20), Origenem (XVII, 1. XIX, 16—24. XXV, 30), Pamphilum (XXV, 30 cf. p. 8), Eusebium (X, 34—36. XVII, 1. XXV, 14—30), Hieronymum (III, 1—13. 14—17. VI, 11. XII, 10. XVII, 1. XVIII, 6. 7. 22. XXI, 9. XXIII, 35. XXVI, 20—29. XXVII, 16. 51. 62—66. XXVIII, 1—10). tanta huius evangelii erat antiquitas, ut ipsi canoni quodam modo adderetur. Eusebius (HE. III, 25, 5) et Nicephorus in stichometria hoc evangelium inter Novi Testamenti *ἀντιλεγόμενα* recensuerunt.

in ipso autem evangelio secundum Hebraeos iam animadvertimus aramaei sermonis primitivi et graecae versionis discrimen. aramaeo evangelio usi sunt Pamphilus, Eusebius et Hieronymus, graeco ceteri scriptores ecclesiastici usi esse videntur, utroque Hegesippus. graeco evangelio secundum Hebraeos etiam Tatianus usus esse videtur, qui *τὸ διὰ τεσσάρων συντέθεικεν εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν κύριον δείκνυσιν* (Theodoret. haer. fab. I, 20). nam hoc Diatessaron, cuius CC exemplaria Theodoretus in suis ecclesiis invenit et abrogavit, etiam *κατὰ Ἑβραίους* appellatum esse testatur Epiphanius Haer. XLVI, 1. itaque Victor Campanus sec. VI non lapsu calami, ut Semischius (Tatiani Diatessaron, Vratislav. 1856 p. 28) opinatus est, tradidit, Tatianum ipsum nomen *diapente* evangelio suo imposuisse (Max. biblioth. patrum III. p. 265). unde plerique iam recte concluserunt, Tatianum in illo libro componendo praeter canonica evangelia etiam evangelio secundum Hebraeos sive Matthaei hebraico usum esse. quod Semischius obiecit, Theodoretum hanc sententiam vetare, vanum est. nam Theodoretus Tatiani Diatessaron orthodoxis ecclesiis interdixit easque solis quatuor evangeliis canonicis uti iussit. graecae autem hebraici evangelii versiones non omnes tam accuratae erant, quam illa codicis Tischendorfiani. iam Cerinthus et Carpocrates tali fere „evangelio secundum Hebraeos" usi sunt, quod Epiphanius apud seriores Ebionaeos invenit. mirum non est, Ebionem se etiam in evangelio componendo *πολύμορφον τεράστιον* ostendisse.

II. EBIONAEORUM EVANGELIUM.

Ebionaei, quos Epiphanius descripsit, Ebionis, i. e. huius sectae, doctrinam primitivam, qua Jesus Josephi et Mariae filius habebatur, iam ita superaverant, ut Jesum merum hominem fuisse negaverint, aut Adamum ipsum, totius generis humani auctorem, aut spiritum ipsis angelis superiorem existimaverint.[1]) eodem fere modo, quo canon noster a Matthaei evangelio humanam Christi naturam professo progressus est ad Joannis evangelium divinam Christi naturam exponens, etiam Hebraeorum evangelium a Nazaraea formatione primitiva progressum est ad Ebionaeorum, qui proprie dicuntur, doctrinam sublimiorem. titulus *καθ' Ἑβραίους* retinebatur, etiam titulos „secundum duodecim apostolos", „secundum Matthaeum" ipsum prooemium confirmat huic recensioni praemissum.

huius evangelii fragmenta fere omnia conservavit Epiphanius. Crednerus,[2]) quidem, cui R. A. Lipsius[3]) assentiri videtur, negavit, Epiphanium Ebionaeorum evangelium manibus volvisse. sed Epiphanius huius evangelii

[1]) Epiphanius Haer. XXX, 2: *τὰ πρῶτα δὲ ἐκ παρατριβῆς καὶ σπέρματος ἀνδρός, τουτέστι τοῦ Ἰωσήφ, τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι ἔλεγον.* c. 3: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον οὗτος ὁ Ἐβίων, ὡς ἔφην, Χριστὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρός, τουτέστι τοῦ Ἰωσήφ, ὡρίζετο. ἐκ χρόνου δέ τινος καὶ δεῦρο οἱ αὐτοῦ ὡς εἰς ἀσύστατον καὶ ἀμήχανον τρέψαντες τὸν ἴδιον νοῦν, ἄλλοι ἄλλως παρ' αὐτοῖς περὶ Χριστοῦ διηγοῦνται. — — τινὲς γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ Ἀδὰμ τὸν Χριστὸν λέγουσιν εἶναι τὸν πρῶτον πλασθέντα καὶ ἐμφυσηθέντα ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιπνοίας. ἄλλοι δὲ ἐν αὐτοῖς λέγουσιν ἄνωθεν μὲν ὄντα καὶ ὑπὲρ ἀγγέλους ὄντα, πάντων τε κυριεύοντα, καὶ Χριστὸν λέγεσθαι, τὸν ἐκεῖσε δὲ αἰῶνα κεκληρῶσθαι,* cf. c. 16. 34. .

[2]) Beiträge zur Einleitung in die bibl. Schriften I. p. 336 sq.

[3]) Zur Quellenkritik des Epiphanios p. 143 sq.

initium accurate notavit (Matth. ebion. III, 1—12) et singula vocabula III, 1—12 p. 1, 19. XXVI, 17 p. 2, 11 non praetermisit.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

Ἐγένετό τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς ὢν ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ἡμᾶς. καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ ἐπικληθέντος Πέτρου καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εἶπε Παρερχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν [καὶ Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Θωμᾶν καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου], καὶ Θαδδαῖον καὶ Σίμωνα τὸν ζηλωτὴν καὶ Ἰούδαν τὸν Ἰσκαριώτην καὶ σὲ τὸν Ματθαῖον καθεζόμενον ἐπὶ τοῦ τελωνίου ἐκάλεσα καὶ ἠκολούθησάς μοι. ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο ἀποστόλους εἰς μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ.

III, 1—12. *Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα ἦλθέ τις Ἰωάννης ὀνόματι, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι καὶ ἐβαπτίσθησαν καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα. καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ* Num. XI, 8. *μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ.*

III, 13—17. *Τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος ἦλθε καὶ Ἰησοῦς καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου, καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθούσης καὶ εἰσελθούσης εἰς αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐ-*

ρανοῦ λέγουσα Σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ εὐδόκησα. καὶ πάλιν Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα. ὃ ἰδὼν ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῷ Σὺ τίς εἶ, κύριε; καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτόν Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐφ' ὃν εὐδόκησα. καὶ τότε ὁ Ἰωάννης προσπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε Δέομαι, κύριε, σύ με βάπτισον· ὁ δὲ ἐκώλυσεν αὐτὸν λέγων Ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον πληρωθῆναι πάντα.

IV, 18—22. cf. p. 33, 8—10.

(V, 23. 24): *ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ ὀργή.*

V, 25. 26: *ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἐν ᾧ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ καὶ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μή πως ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ ὁ ὑπηρέτης βάλῃ σε εἰς τὴν φυλακήν· ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.*

V, 42: *τῷ αἰτοῦντί σε δός.*

VIII, 5. 14. cf. p. 33, 5. 6.

IX, 9. cf. p. 33, 13.

X, 2—4. cf. p. 33, 8—15.

X, 25: *Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος, (καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ).*

XII, 47—50: (*εἴρηκεν ὁ σωτὴρ ἐν τῷ ἀναγγελῆναι αὐτὸν ὅτι*) *ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασιν, ὅτι τίς μού ἐστι μήτηρ καὶ ἀδελφοί; καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπὶ τοὺς μαθητὰς ἔφη Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀδελφοί μου καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ἀδελφοὶ οἱ ποιοῦντες τὰ θελήματα τοῦ πατρός μου.*

XV, 24: *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.*

XXVI, 17: (*τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες*) *Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν;* (*ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη*) *Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν;*

ADNOTATIONES.

p. 33, 1—3. *Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον ἑβραϊκόν*. Epiphanius Haer. XXX, 13: *ἐν τῷ γοῦν παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ — ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν — ἐμφέρεται.* Crednerum offendit voc. *ἑβραϊκόν* in huius graeci evangelii titulo. sed Ebionaei ipsi suum evangelium quamvis graecum ad hebraicam originem revocabant eodemque modo *ἑβραϊκόν* appellabant, quo Nazaraeorum evangelium graece versum *τὸ ἰουδαϊκόν* appellatum (cf. Matth. hebr. IV, 5. XVI, 17. XVIII, 22. XXVI, 74) Catholicorum *ἐθνικοῖς* evangeliis opponebatur. idem evangelium etiam *κατὰ τοὺς (δώδεκα) ἀποστόλους* appellari potuisse prooemium p. 33, 14. 15 docet.

p. 33, 4—15. *Ἐγένετό τις—τοῦ Ἰσραήλ.* Epiphanius l. l. pergit: *ἐμφέρεται ὅτι Ἐγένετό τις ἀνὴρ κτλ.* prooemium totius evangelii, Lucae prooemio oppositum. nam *τῶν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοπτῶν* traditio, nullo intersecedente medio, ab ipso Matthaeo scripta indicatur. l. 4. 5. *ὢν ἐτῶν τριάκοντα*. cf. Luc. III, 23. l. 5—7. *καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ—Πέτρου*. cf. Matth. canon. VIII, 5. 14. l. 8. *τὴν λίμνην Τιβεριάδος*. cf. Joan. VI, 1. XX, 1. l. 8—15. *ἐξελεξάμην—μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ*. XII apostolos in Petri aedibus „iterum" creatos esse Franckius l. l. p. 402 asseruit, prooemii indolem ignorans. R. A. Lipsius (Zur Quellenkritik des Epiphanios p. 148) haec e Petri itinerario (*Πέτρου περιόδοις*) hausta esse censuit. l. 8—10. *ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν*. cf. Matth. IV, 18—22. sed Joannes eiusque frater Jacobus Petrum praecedunt, quam ob rem hoc evangelium ex Asia profectum esse puto. 10. 11. [*καὶ Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Θωμᾶν καὶ Ἰάκωβον τον τοῦ Ἀλφαίου*]. hos apostolos omissos ab Epiphanio restitui e Matth. canon. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 14. 15. l. 10. *Σίμωνα τὸν ζηλωτήν*. vetus cognomen *καναναῖος* (Matth. X, 4. Marc. III, 18. Clem. Recogn. I, 60) iam graece versum est, cf. Luc. VI. 15. Act. I, 13. l. 12—14. *καὶ σὲ τὸν Ματθαῖον—ἠκολούθησάς μοι*, cf. Matth. IX, 9. Matthaeus proprius huius evangelii, quamvis etiam XII apostolorum appellati, scriptor supponitur. l. 14. 15. *δεκαδύο ἀποστόλους*. cf. Matth. X, 2. l. 15. *εἰς μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ*. cf. Barnabae epi. VIII. p. 26, 6—8 et Petri (Paulique) praedicationem (infra), ubi resuscitatus demum Christus similia locutus esse fertur.

Matth. eb. III, p. 33, 16—25. *Ἐγένετο—ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ*. haec ex Epiphanio composui, qui idem evangelii initium primo quidem post ipsum prooemium addidit ex hoc evangelii initio (c. 13 p. 105, 22—27 ed. Dindorf.): *καὶ Ἐγένετο* (perperam editur *καὶ ἐγένετο*) *Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι καὶ ἐβαπτίσθησαν καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα. καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ, φησί, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ.* haec Epiphanius, qui iam prooemium festinantius reddidit (cf. p. 33, 10. 11), ex evangelii initio excerpsit, ut depravatum (*νενοθευμένον*) ostenderet. nam statim addit (l. 27—29): *ἵνα δῆθεν*

μεταστρέψωσι τῆς ἀληθείας τὸν λόγον εἰς ψεῦδος καὶ ἀντὶ ἀκρίδων (Matth. III, 4. Marc. I, 6) ποιήσωσιν ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. haec Epiphanius ipse ad Ex. XVI, 31 (LXX: τὸ δὲ γεῦμα αὐτοῦ ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ) revocavit, sed revocanda sunt ad Num. XI, 8 (LXX: ὡσεὶ γεῦμα ἐγκρὶς ἐξ ἐλαίου). tum Epiphanius ad alterum huius evangelii ἠκρωτηριασμένου vitium transiit et quamvis abbreviatum eius initium ita reddidit (p. 105, 29—p. 106, 2): ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίου ἔχει ὅτι ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβει, καὶ ἐξήρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες. eodem crimine repetito Epiphanius etiam accuratius illius evangelii initium reddidit (c. 14 p. 106, 24—29): παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ὡς προείπομεν, λέγοντες ὅτι Ἐγένετο, φησίν, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις Ἰωάννης ὀνόματι βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ καὶ τὰ ἑξῆς. iam enim Ebionaeos notavit antiquiorem Cerinthi et Carpocratis doctrinam de Jesu Josephi et Mariae filio ex ipsa genealogia probatam deseruisse. quis non videt, Epiphanium idem huius evangelii initium varia ratione reddidisse, primo ut corruptum, tum ut mutilatum, denique ut mutatam huius sectae sententiam ostenderet? tantum abest, ut Epiphanius sibi ipsi repugnet, ut se ipsum suppleat. itaque Ebionaeorum evangelii initium e tribus Epiphanii relationibus restitui. l. 16. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, cf. Luc. I, 5. quod Joannis baptistae prophetia ad Herodis M. aetatem refertur, nos revocat ad Matthaeum canon. III, 1: ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις (i. e. Archelai, cf. II, 22. 23) παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. l. 17. ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, cf. Luc. III, 2. l. 19. παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, Luc. I, 5. III, 2. l. 20. βάπτισμα μετανοίας, cf. Matth. hebr. III, 1—13 p. 15, 12, Luc. III. 3. Act. XIII, 24. XIX, 4. Clem. Recogn. I, 39. l. 24. 25. μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γνῶσις ἦν τοῦ μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ. ita Ebionaei mutaverunt Matth. canon. III, 4: ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγρων. nam Essaeos secuti sunt, qui iam animalia omnia edere respuebant, cf. librum meum: Die jüdische Apokalyptik p. 265. Ebionaeorum evangelium primitus graece scriptum esse apparet.

Matth. eb. III. 13—17. p. 33, 26—p. 34, 8. Τοῦ λαοῦ—πληρωθῆναι πάντα. Epiphanius Haer. XXX, 13 p. 106, 2—16: καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλὰ (cf. p. 33, 22—25: καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης—ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ) ἐπιφέρει ὅτι τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος κτλ. l. 29. 30. καὶ εἰσελθούσης εἰς αὐτόν. cf. c. 29 p. 126, 10. 11, ubi Ebion vetatur dicere ὅτι ὅτε ἦλθε τὸ πνεῦμα εἰς αὐτόν, Χριστὸς ἐγένετο. ib. p. 126, 27—29: οὐδὲ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος, μετὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν τὸ εἶδος περιστερᾶς Ἰησοῦς καὶ Χριστὸς ἐκαλεῖτο. nonnulli Ebionaei docebant: εἰς αὐτὸν ἦλθε τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστός, καὶ ἐνεδύσατο αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν καλούμενον (c. 3 p. 92, 28—30). p. 34, l. 2. Σύ μου εἶ—εὐδόκησα. prima vox coelestis, cf. Marc. I, 11. Luc. III, 22. l. 2. etiam altera vox coelestis Jesum adloquitur (cf. Matth. hebr. III, 15—16. p. 15, 20—25), sed verbis fere Ps. II, 7 (LXX: υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε). ita Justin. Dial. c. Tr. Jud. c. 88 p. 316 (bis). c. 103 p. 331. cf. etiam Acta Petri et Pauli c. 29 p. 11 ed. Tischendorf: τοῦτον οὖν, ᾧ ὁ πατὴρ εἶπεν Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. l. 3. περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα, cf. Matth. hebr. III, 14—17. p. 15, 18. 19. sed ibi et apud Justinum Dial. c. 88 p. 315 ignis apparuisse narratur, ante quam Jesus aquis escendisset. — ὃ emendavi, ὃν edd. l. 28. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐφ' ὃν εὐδόκησα. tertia vox coelestis, cf. Matth. canon. III, 17. ita respondetur Joanni quaerenti: Σὺ τίς εἶ, κύριε; (l. 4). l. 6—8. καὶ τότε—πληρωθῆναι πάντα. post illa omnia Joannes Jesum rogat, ut se baptizet. Jesus autem respondet, omnem iustitiam implendam esse. quae Matthaeus canon. III, 14. 15 minus apte ipsi baptismo praemisit. illis signis convictus Joannes cedit maiori. itaque Ebionaeorum evangelium, quamvis iam e canonicis evangeliis interpolatum, neque interna convenientia neque antiquiori fundamento prorsus caret.

(V, 23. 24) p. 34, 10—12. *ὅτι ἦλθον — ὑμῶν ἡ ὀργή.* Epiphanius Haer. XXX, 16 p. 108, 21—24: *καὶ ἐλθόντα καὶ ὑφηγησάμενον* (Jesum), *ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς εὐαγγέλιον καλούμενον περιέχει, ὅτι ἦλθεν καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ ὀργή.* haec ad Ebionaeorum evangelium, quod Epiphanius ipse memoravit, referenda esse non dubito, quamvis Lipsius (Zur Quellenkritik des Epiphanios p. 147 sq.) ad Elxaei librum revocare maluerit. sacrificiorum usus, qui apud Matthaeum canon. V, 23. 24 integer supponitur, hic iam interdicitur. conferre iuvat Essaeos (cf. Philon. quod omnis probus liber §. 12 p. 457) et Elcesaitas, qui sacrificia cruenta respuebant. Clem. Recogn. I, 39: „ut autem tempus adesse coepit, quo id quod deesse Moysis institutis diximus impleretur, et propheta quem praecinuerat appareret, qui eos primo per misericordiam Dei moneret cessare a sacrificiis, et ne forte putarent cessantibus hostiis remissionem sibi non fieri peccatorum, baptisma eis per aquam statuit" etc. ad eandem sententiam prope accedunt Constitutt. app. VI, 22 p. 184, 22 sq.

Matth. eb. V, 25. 26. p. 33, 13—18. hoc dicto Carpocratem usum esse tradidit Irenaeus adv. haer. I, 25, 4: „propter hoc dicunt Jesum hanc dixisse parabolam: „Quum es cum adversario tuo in via, da operam, ut libereris ab eo, ne forte te det iudici, et iudex ministro, et mittat te in carcerem. amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem." (cf. Tertull. de anima c. 35), graece Epiphanius Haer. XXVII, 5: *ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἶπε διὰ τῆς παραβολῆς ὅτι ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ἐν ᾧ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μή πως ὁ ἀντίδικος παραδῷ σε τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτὴς τῷ ὑπερέτῃ, καὶ ὁ ὑπηρέτης βάλῃ σε εἰς τὴν φυλακήν. ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κωδράντην.* cf. etiam Luc. XII, 58. 59.

Matth. eb. V, 42. p. 34, 19. *τῷ αἰτοῦντί σε δός.* Clemens Alex. Strom. III, 6, 54 p. 436 hoc effato Carpocratem asseclasque abusos esse retulit.

Matth. eb. X, 25. p. 34, 23. 24. *Ἀρκετὸν — (αὐτοῦ).* Epiphanius Haer. XXVIII, 5: *καὶ ταύτην μαρτυρίαν φέρουσιν* (Cerinthiani) *ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, πάλιν λέγοντες ὅτι ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος.* XXX, 26: *φασὶ δὲ καὶ οὗτοι* (Ebionaei) *κατὰ τὸν ἐκείνων* (Cerinthianorum) *ληρώδη λόγον· ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος* (cf. c. 33 p. 137, 7. 8). Pseudo-Tertullianus (qui Hippolytum abbreviasse videtur) adv. omn. haer. c. 11 (Tertullian. de praescriptt. haer. c. 48) de Ebionaeis: „et quia scriptum sit: «Nemo discipulus super magistrum, nec servus super dominum», legem etiam proponit, scilicet ad excludendum et vindicandum Judaismum."

Matth. eb. XII, 47—50. p. 34, 25—30. (*εἴρηκεν* —) — *τὰ θελήματα τοῦ πατρός μου.* Epiphanius Haer. XXX, 14 p. 107, 2—8 de illis Ebionaeis, qui Christum hominem fuisse negabant: *πάλιν δὲ ἀρνοῦνται εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον δῆθεν ἀπὸ τοῦ λόγου οὗ εἴρηκεν ὁ σωτὴρ ἐν τῷ ἀναγγελῆναι αὐτὸν ὅτι Ἰδοὺ κτλ.* cf. Clementis Rom. epi. II, 9 p. 71, 11. 12.

Matth. eb. XV, 24. p. 34, 31. 32. *Οὐκ ἀπεστάλην — Ἰσραήλ.* Origenes de princ. IV, 22 (Opp. I, 183): *ἐπὰν φάσκῃ ὁ σωτήρ Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ, οὐκ ἐκλαμβάνομεν ταῦτα ὡς οἱ πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ἐβιωναῖοι κτλ.*

Matth. eb. XXVI, 17. p. 34, 33—36. (*τῇ δὲ πρώτῃ* —) — *μεθ' ὑμῶν.* Epiphanius Haer. XXX, 22 p. 116, 3 sq. Ebionaeos accusavit corrupti textus Matthaei: *καὶ ἐποίησαν τοὺς μαθητὰς μὲν λέγοντας Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν; καὶ αὐτὸν δῆθεν λέγοντα Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κ ρ έ α ς τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν;* cf. Luc. XXII, 15. Epiphanius voc. *μὴ* additum bene animadvertit, sed non vidit etiam voc. *κρέας* additum esse. carnem igitur etiam in coena paschali Ebionaeorum Christus respuit, quem sacrificia damnasse iam vidimus (V, 23. 24). nam Essaeos secuti hi Ebionaei ipsi carne abstinebant, cf. Epiphan. Haer. XXX, 15. 19 et Clem. Hom. VIII, 15, de Elcesaitis et Sampsaeis Epiphan. Haer. XIX, 3. LIII, 1.

itaque Ebionaeorum quoque evangelia ab illa primitiva forma, quam Nazaraeorum evangelium conservavit, ad hanc subliniorem formam processerunt. Jesus primo Josephi et Mariae filius existimabatur, denique super humanam naturam omnino evehebatur. inter utrumque Ebionaeorum evangelium idem fere discrimen intercedit, quod inter evangelia canonica secundum Matthaeum et Joannem. humana Jesu generatio prorsus reprobata est. qua in re praecesserat Tatianus (v. supra p. 31). ceterum inter utrumque Ebionaeorum evangelium medium quemdam locum occupavit evangelium secundum Petrum.

B. EVANGELIUM SECUNDUM PETRUM.

Nazaraeos etiam *τῷ καλουμένῳ κατὰ Πέτρου εὐαγγελίῳ* usos esse Theodoretus haer. fab. II, 2 testatus est. re vera antiquius erat hoc evangelium illo Ebionaeorum, quod modo perlustravimus, et inter Nazaraeorum et Ebionaeorum evangelia medium intercedit. Serapion, quem octavum Antiochiae episcopum fuisse per annos 191—213 Eusebius in Chronicis tradidit (cf. HE. V, 22. VI, 11, 4), huius evangelii usum publicum Rhosensi Ciliciae ecclesiae primo permisit, tum libro accuratius cognito, interdixit. Eusebius HE. VI, 12, 2—6: *ἕτερος δὲ συντεταγμένος αὐτῷ* (a Serapione) *λόγος περὶ τοῦ λεγομένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου, ὃν πεποίηται ἀπελέγχων τὰ ψευδῶς ἐν αὐτῷ εἰρημένα, διά τινας ἐν τῇ κατὰ Ῥωσσὸν παροικίᾳ προφάσει τῆς εἰρημένης γραφῆς εἰς ἑτεροδόξους διδασκαλίας ἀποκείλαντας. ἀφ' ἧς εὔλογον βραχείας παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν ἣν εἶχε περὶ τοῦ βιβλίου γνώμην προτίθησιν οὕτω γράφων· Ἡμεῖς γάρ, ἀδελφοί, καὶ Πέτρον καὶ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα ὡς Χριστόν, τὰ δὲ ὀνόματι αὐτῶν ψευδεπίγραφα ὡς ἔμπειροι παραιτούμεθα, γινώσκοντες ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ παρελάβομεν. ἐγὼ γὰρ γενόμενος παρ' ὑμῖν ὑπενόουν τοὺς πάντας ὀρθῇ πίστει προσφέρεσθαι, καὶ μὴ διελθὼν τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Π έ τ ρ ο υ εὐαγγ έ λ ι ο ν εἶπον ὅτι εἰ τοῦτό ἐστι μόνον τὸ δοκοῦν ὑμῖν παρέχειν μικροψυχίαν, ἀ ν α γ ι ν ω σ κ έ σ θ ω. νῦν δὲ μαθών, ὅτι αἱρέσει τινὶ ὁ νοῦς αὐτῶν ἐνεφώλευεν ἐκ τῶν λεχθέντων μοι, σπουδάσω πάλιν γενέσθαι πρὸς ὑμᾶς, ὥστε ἀδελφοί, προσδοκᾶτέ με ἐν τάχει. ἡμεῖς δέ, ἀδελ-*

φοί, καταλαβόμενοι, ὁποίας ἦν αἱρέσεως ὁ Μαρκιανός, καὶ ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο μὴ νοῶν ἃ ἐλάλει, μαθήσεσθε ἐξ ὧν ὑμῖν ἐγράφη. ἐδυνήθημεν γὰρ παρ' ἄλλων τῶν ἀσκησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταρξαμένων αὐτοῦ, οὓς Δοκητὰς καλοῦμεν — τὰ γὰρ φρονήματα τὰ πλείονα ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας —, χρησάμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ σωτῆρος, τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν.

Docetismo igitur favebat evangelium secundum Petrum, paucis certe ad rectam doctrinam additis, neque huius periculi causam plane ignoramus. nam Origenes in Matth. X, 17 (Opp. III, 462): *τοὺς δὲ ἀδελφοὺς Ἰησοῦ φασί τινες εἶναι, ἐκ παραδόσεως ὁρμώμενοι τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου ἢ τῆς βίβλου Ἰακώβου, υἱοὺς Ἰωσὴφ ἐκ προτέρας γυναικὸς συνῳκηκυίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας.*

itaque fratres Domini, quos Matthaeus hebr. III, 1—13. XXVIII, 1—10 (p. 15, 11. 17, 37 sq.) proprio sensu retinuit, iam a Jesu ita separati sunt, ut ne matrem quidem habuerint communem. Petrinum evangelium Jesum iam non Mariae filium *πρωτότοκον* (Matth. I, 25 secundum textum receptum, Luc. II, 7), sed unicum statuisse videtur. Jesus tantum abest, ut *ὁ τοῦ τέκτονος υἱός* dicatur (Matth. XIII, 55), ut e Marc. VI, 3 (*ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς τῆς Μαρίας καὶ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆτος καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος*) solius Mariae filius, negatis fratribus propriis, relictus sit. quam sententiam iam seculo secundo pervulgatam cognovimus. nam Davidica Jesu gens etiam in Protevangelio Jacobi, quod ex illo libro Jacobi ab Origene memorato natum est, c. 9 p. 18 ed. Tischdf., apud Justinum Martyrem, Irenaeum, Tertullianum, alios[1]) per Mariam ipsam deducitur. idem

[1]) cf. librum meum: Kritische Untersuchungen über die Evv. Justin's etc. p. 140. 156.

Protevangelium c. 19. 20 p. 35 sq. et Clemens Alexandrinus[1]) Mariam, cuius filii fuisse fratres Domini iam negabantur, etiam post partum virginem mansisse docuerunt. Petrinum evangelium horum omnium radicem continuit et illud evangelium non canonicum fuisse videtur, quo Justinus Martyr et Pseudo-Clemens in Homiliis usi sunt.[2]) Docetis quoque hoc evangelium placuisse non mirum est. nam etiam eos, „qui Jesum separant a Christo, et impassibilem perseverasse Christum, passum vero Jesum dicunt, id quod secundum Marcum est evangelium“ praetulisse Irenaeus adv. haer. III, 11, 7 tradidit. huic autem canonico evangelio cognatum certe erat evangelium secundum Petrum.

evangelium secundum Petrum iam a Serapione interdictum Eusebius HE. III, 25, 6. 7 iniquius quam par est damnavit, tamquam haereticum neque ab ullo veteri scriptore ecclesiastico memoratum.[3]) idem etiam HE. III, 3, 2 inter scripta Petro supposita recensuit: *τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν οὐδ' ὅλως ἐν καθολικαῖς ἴσμεν παραδεδομένα, ὅτι μήτε ἀρχαίων μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.* ita fere Hieronymus de vir. illustr. c. 1 (Opp.

[1]) Strom. VII, 16, 93 p. 889 sq.: *ὡς ἔοικεν τοῖς πολλοῖς καὶ μέχρι νῦν, δοκεῖ ἡ Μαρία λεχὼ εἶναι διὰ τὴν τοῦ παιδίου γέννησιν, οὐκ οὖσα λεχώ· καὶ γὰρ μετὰ τὸ τεκεῖν αὐτὴν μαιωθεῖσαν φασί τινες παρθένον εὑρεθῆναι.*

[2]) hanc Credneri et meam sententiam Volkmarus secutus est, qui in novissimo suo libro (Der Ursprung unserer Evangelien etc. p. 162 (cf. p. 100 sq. 135 sq.) circa a. 120—140 hoc evangelium secundum Hebraeos vel secundum Petrum appellatum compositum esse censuit. mihi quidem Petrinum evangelium, quod Volkmarus cum Ebionaeorum evangelio secundum Hebraeos (v. supra II) confudit, etiam antiquius videtur. ex evangelio secundum Petrum Pseudo-Clementem Hom. III, 52 hausisse Jesu effatum: *ἐγώ εἰμι ἡ πύλη τῆς ζωῆς· ὁ δι' ἐμοῦ εἰσερχόμενος εἰσέρχεται εἰς τὴν ζωήν*, etiam Origenis Philosophum. V, 8 p. 11 confirmatur, ubi Naassenorum dictum memoratur: *διὰ τοῦτο, φησί, λέγει ὁ Ἰησοῦς Ἐγώ εἰμι ἡ πύλη ἡ ἀληθινή.*

[3]) vide huius operis Prolegomena p. IX not. 2.

II, 827) Petri scripta apocrypha recensuit: „libri autem, e quibus unus Actorum eius inscribitur, alius Evangelii, tertius Praedicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas repudiantur.“ Gelasii decretum de libris recipiendis et non recipiendis[1]) inter haereticos et Catholicis interdictos libros retulit etiam: „evangelium nomine Petri apostoli apocryphum.“

[1]) c. VI editionis Crednerianae (Zur Geschichte des Kanons p. 214).

C. EVANGELIUM SECUNDUM AEGYPTIOS.

Evangelii secundum Aegyptios usum iam in altera Clementis Romani epistula animadvertimus. eodem evangelio etiam Naassenos usos esse Origenis Philosophumena V, 7 p. 98 docent: *τὰς δὲ ἐξαλλαγὰς ταύτας τὰς ποικίλας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ κατ' Αἰγυπτίους εὐαγγελίῳ κειμένας ἔχουσιν.* Clemens Alexandrinus contra Encratitas disputans Jesu responsum ad Salomen proferentes Strom. III, 9, 63 p. 539 inquit: *φέρεται δέ, οἶμαι, ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους εὐαγγελίῳ.* eorum principi Julio Cassiano idem respondit Strom. III, 13, 93 p. 553: *πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητόν, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους.* Excerpta ex scriptis Theodoti, quae Clementis operibus adduntur, §. 67 p. 985 eiusdem evangelii notitiam ostendunt. Origenes Hom. 1 in Luc. (Opp. III, 933) ad Luc. I, 1 notavit: „ecclesia quatuor habet evangelia, haereses plurimas, e quibus quoddam scribitur secundum Aegyptios, aliud iuxta duodecim apostolos" etc. Hieronymus in comm. super Matth. praefat. (Opp. VII, 1 p. 1 sq.) et ipse apud Luc. I, 1 talia evangelia vituperata esse putavit, „quae a diversis auctoribus edita diversarum haereseon fuere principia, ut est illud iuxta Aegyptios et Thomam et Matthiam et Bartholomaeum, duodecim quoque apostolorum et Basilidis atque Apellis ac reliquorum, quos enumerare longissimum est." Theophylactus comm. in Luc. ev. prooem.: *πολλοὶ γὰρ συνέγραψαν εὐαγγέλια δῆθεν, οἷόν ἐστι τὸ κατ' Αἰγυπτίους καὶ τὸ ἐπιγραφόμενον τῶν δώδεκα.* non omnes autem evangelium

secundum Aegyptios ita damnasse Sabelliani docent hoc evangelio usi. Epiphanius Haer. LXII, 2: *τὴν δὲ πᾶσαν αὐτῶν πλάνην καὶ τὴν τῆς πλάνης αὐτῶν δύναμιν ἔχουσιν ἐξ ἀποκρύφων τινῶν, μάλιστα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Αἰγυπτίου εὐαγγελίου, ᾧ τινὲς τὸ ὄνομα ἐπέθεντο τοῦτο.*

perpauca huius evangelii fragmenta tradita augere licet ex altera Clementis Romani epistula, cuius scriptor uno certe loco Aegyptiorum evangelio usus etiam cetera inde hausisse videtur, ex Origenis Philosophumenis et ex Excerptis ex scriptis Theodoti Clementis Alexandrini operibus adiectis. itaque Matthiae Schneckenburgeri libellum[1]) nunc etiam magis, quam antea,[2]) supplere studeo, quamvis non omnia, quae Clementis altera epistula praebuit, necessario ad Aegyptiorum evangelium revocanda sint. Matthaeo autem canonico etiam in his fragmentis componendis duce usus sum.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΚΑΤ' ΑΙΓΥΠΤΙΟΥΣ.

(Matth. VI, 24: *Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ θεῷ δ[ουλ]εύειν καὶ μαμωνᾷ ἀσύμφο[ρ]ον ἡμῖν ἐστιν*).

(VII, 21: *Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην*).

(VII, 22. 23: *Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μο[υ] καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[υ], ἀποβαλῶ ὑμᾶς καὶ ἐρῶ ὑμῖν Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, ἐργάται ἀνομίας*).

[1]) Ueber das Evangelium der Aegyptier, ein historisch-kritischer Versuch. Bern 1834.

[2]) in libro meo: Die apostol. Väter p. 121 sq.

(IX, 13: *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*).

(X, 16: *Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά*).

(X, 28: *Καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτέννοντας ὑμᾶς καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν· ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γεένναν πυρός*).

(X, 32: *Τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου*).

(XI, 29: *ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν*).

(XII, 50: *Ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου*).

(XIII, 11: *Μυστήριον ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ οἴκου μου*).

(XV, 8: *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ*).

(XVI, 26: *Τί γάρ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ;*).

(XVIII, 11: *οὕτως ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα*).

(XIX, 3—12): (*ἡ Σαλώμη ἔφη*) *Μέχρι πότε θάνατος ἰσχύσει; Μέχρις ἄν, εἶπεν, ὑμεῖς αἱ γυναῖκες τίκτετε. ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔργα τῆς θηλείας.* (*ἡ δὲ ἔφη*) *Καλῶς οὖν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα.* (*ἠμείβετο ὁ κύριος*) *Πᾶσαν φάγε βοτάνην, τὴν δὲ πικρίαν ἔχουσαν μὴ φάγῃς.* (*ἡ δὲ Σαλώμη ἐπυνθάνετο*) *Πότε γνωσθήσεται* (*τὰ περὶ ὧν ἠρόμην*), *καὶ πότε ἥξει* (*σου*) *ἡ βασιλεία; ἔφη ὁ κύριος Ὅταν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ ὅταν γένηται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω καὶ τὸ ἄρρεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ.*

(loco incerto): *μυστηριωδῶς ἐκ προσώπου τοῦ σω-*

τῆρος ἀναφέρεται, ὡς αὐτοῦ δηλοῦντος τοῖς μαθηταῖς· τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν εἶναι υἱόν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα.

(loco incerto): *εἶναι τὴν ψυχὴν δυσεύρετον πάνυ καὶ δυσκατανόητον· οὐ γὰρ μένει ἐπὶ σχήματος οὐδὲ μορφῆς τῆς αὐτῆς πάντοτε οὐδὲ πάθους ἑνός.*

(XXII, 37: *καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς διανοίας.*)

(XXVI, 21. 23: *Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.*)

ADNOTATIONES.

(VI, 24. p. 44, 3—5: *Οὐδεὶς—ἡμῖν ἐστιν*). Clementis epi. II, 6 p. 68, 4—6: *λέγει δὲ ὁ κύριος Οὐδεὶς οἰκέτης κτλ.*

(VII, 21. p. 44, 6. 7: *Οὐ πᾶς—δικαιοσύνην*). Clementis epi. II, 4 p. 66, 19—21: *λέγει γὰρ Οὐ πᾶς κτλ.*

(VII, 22. 23. p. 44, 8—11: *ἐὰν ἦτε—ἐργάται ἀνομίας*. Clementis epi. II, 4 p. 67, 2—6: *εἶπεν ὁ κύριος Ἐὰν ἦτε κτλ.* ita fere etiam Justinus martyr Dial. c. Tr. Jud. c. 47 p. 267: *διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ.* Clemens Alex. Quis div. salv. §. 40 p. 957: *ἐφ' οἷς γὰρ ἂν εὕρω ὑμᾶς, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ.* Hippolytus *περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας* p. 73, 4. 5 ed. Lagard.: *Ἐφ' οἷς ἂν εὕρω ὑμᾶς, ἐπὶ τούτοις κρινῶ παρ' ἕκαστον βοᾷ τὸ τέλος.* Nilus ad Eucarpium monachum apud Anastasiam Sinaitam Quaest. 3 ed. Gretser. p. 34: *οἷον γὰρ εὕρω σε, τοιοῦτόν σε κρινῶ, φησὶν ὁ κύριος.* pervulgati huius dicti fons in oblivionem venit. itaque a Joanne Climaco (sec. VI) in Paradisi gradu VII p. 159 *ἡ τοῦ Ἰεζεκιὴλ φωνή* laudatur: *ἐν ᾧ εὕρω σε, ἐν αὐτῷ καὶ κρινῶ σε, εἶπεν ὁ θεός.* nam apud Ezech. XVIII. XXXIII. VII, 8 similia leguntur. ita etiam vita b. Antonii in vitis Patrum p. 41. plura contulerunt Fabricius (cod. apocr. NT. I, p. 333 sq. et C. Semischius (die apostol. Denkwürdigkeiten des Märtyrers Justinus, Hamburgi et Gothae 1846 p. 394).

(IX, 13. p. 45, 1. 2: *Οὐκ ἦλθον—ἁμαρτωλούς*). Clementis epi. II, 2 p. 65, 27. 28: *καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει ὅτι οὐκ ἦλθον κτλ.* cf. Barnabae epi. V p. 14, 6. 7.

(X, 16. p. 45, 3—7: *Ἔσεσθε ὡς ἀρνία—τὸ ἀποθανεῖν αὐτά*). Clementis epi. II, 5 p. 67, 10—14: *λέγει γὰρ ὁ κύριος Ἔσεσθε κτλ.* haec e canonicis evangeliis derivari non possunt.

(X, 28. p. 45, 8—11: *καὶ ὑμεῖς—εἰς γεένναν πυρός*). Clementis epi. II, 5 p. 67, 14—17 statim post (X, 16). Matth. X, 28: *καὶ μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.* Luc. XII, 4. 5: *λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· μὴ φοβήθητε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι. ὑποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἔχοντα ἐξουσίαν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γεένναν. ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε.* Clementem qui dicitur non fortuito casu a Matthaeo et Luca discessisse docent alii scriptores comparati: Justinus martyr Apol. I, 19 p. 66: *μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε, φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γεένναν ἐμβαλεῖν.* Clementis Hom. XVII, 5: *μὴ φοβήθητε ἀπὸ τοῦ ἀποκτέννοντος τὸ σῶμα, τῇ δὲ ψυχῇ μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι· φοβήθητε δὲ τὸν δυνάμενον καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν εἰς τὴν γεένναν τοῦ πυρὸς βαλεῖν· ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε.* etiam Excerpta ex scriptis Theodoti §. 14 p. 972: *φοβήθητε γοῦν, λέγει, τὸν μετὰ θάνατον δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γεένναν βαλεῖν.* cf. quae iam disserui in libris meis: Kritische Untersuchungen etc. p. 197 sq. 348, apostol. Väter p. 122.

(X, 32. p. 45, 12. 13: ὁμολογήσαντα—τοῦ πατρός μου). Clementis epi. II, 3 p. 66, 9—11: λέγει δὲ καὶ αὐτός Τὸν ὁμολογήσαντά με κτλ.

(XI, 29. p. 45, 14. 15: ποιοῦντες—ἀνάπαυσιν). Clementis epi. II, 6 p. 68, 15. 16. cf. Matth. hebr. et canon. XI, 29.

(XII, 50. p. 45, 16. 17: Ἀδελφοί μοῦ—πατρός μου). Clementis epi. II, 9 p. 71, 10—12: καὶ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος Ἀδελφοί μου κτλ. cf. Matth. ebion. XII, 47—50.

(XIII, 11. p. 45, 18. 19: Μυστήριον—τοῦ οἴκου μου). Clemens Alex. Strom. V, 10, 64 p. 684: οὐ γὰρ φθονῶν, φησί, παρήγγειλεν ὁ κύριος ἔν τινι εὐαγγελίῳ Μυστήριον κτλ., quae huc referenda esse videntur, cf. etiam Marc. IV, 11. Luc. VIII, 10.

(XV, 8. p. 45, 20. 21: ὁ λαὸς—ἀπ᾽ ἐμοῦ). Clementis epi. II, 3 p. 66, 16—18: λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ (XXIX, 13) Ὁ λαὸς οὗτος κτλ. (ep. I, 15 p. 17, 8—10). quae verbo tenus fere congruunt Marci ev. VII, 6.

(XVI, 26. p. 45, 22. 23: τί γὰρ ὄφελος—ζημιωθῇ;) Clementis epi. II, 6 p. 68, 6—8. cf. etiam Marc. VIII, 36. Luc. IX, 25.

(XVIII, 11. p. 45, 24. 25: οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς—ἀπολλύμενα). Clementis epi. II, 2 p. 66, 2.

(XIX, 3—12.) p. 45, 26—36: (ἡ Σαλώμη ἐπυνθάνετο) Μέχρι πότε—οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ. Clemens Alex. Strom. III, 6, 45 p. 532: ἔπειτα καὶ διαστρεπτέον αὐτοὺς (Encratitas) τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν φερόμενα διαλύοντας ὧδέ πως· τῇ Σαλώμῃ ὁ κύριος πυνθανομένῃ Μέχρι πότε θάνατος ἰσχύσει; οὐχ ὡς κακοῦ τοῦ βίου ὄντος καὶ τῆς κτίσεως πονηρᾶς, Μέχρις ἄν, εἶπεν, ὑμεῖς αἱ γυναῖκες τίκτετε, ἀλλ᾽ ὡς τὴν ἀκολουθίαν τὴν φυσικὴν διδάσκων· γενέσει γὰρ πάντως ἕπεται καὶ φθορά. eadem repetuntur Strom. III, 9, 64 p. 540: ὅθεν εἰκότως περὶ συντελείας μηνύσαντος τοῦ λόγου ἡ Σαλώμη φησί Μέχρι τίνος οἱ ἄνθρωποι ἀποθανοῦνται; — — ἀποκρίνεται ὁ κύριος Μέχρις ἂν τίκτωσιν αἱ γυναῖκες. Excerpta ex scr. Theodoti §. 67 p. 985: ὅταν ὁ σωτὴρ πρὸς Σαλώμην λέγῃ, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν. Orac. Sibyll. II, 163. 164:

Νήπιοι οὐδὲ νοοῦντες ὅθ᾽ ἡνίκα φῦλα γυναικῶν
Μὴ τίκτωσιν ἔφυ τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων.

A. P. Lagardius in reliquiis iuris eccl. ant. Lips. 1856 p. 75, 5 adscripsit: „ceterum theologi meminerint, etiam Platonis mei Conviv. p. 191 D ὁ ἔρως—ἐπιχωρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν καὶ ἰάσασθαι τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. videntur haec Carpocratianis et Epiphani opponi, Clem. Al. p. 184, 34 Sylb.“ (Strom. III, 2, 89 p. 513 sq.). — Clemens Alex. Srom. III, 9, 63 p. 539 sq.: οἱ δὲ ἀντιτασσόμενοι τῇ κτίσει τοῦ θεοῦ διὰ τῆς εὐφήμου ἐγκρατείας κἀκεῖνα λέγουσι τὰ πρὸς Σαλώμην εἰρημένα, ὧν πρότερον ἐμνήσθημεν (c. 6 p. 45 p. 532)· φέρεται δέ, οἶμαι, ἐν τῷ κατ᾽ Αἰγυπτίους εὐαγγελίῳ. φασὶ γὰρ ὅτι οὕτως εἶπεν ὁ σωτήρ Ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔργα τῆς θηλείας· θηλείας μὲν τῆς ἐπιθυμίας, ἔργα δὲ γένεσιν καὶ φθοράν. ib. § 66 p. 541: τί δέ; οὐχὶ καὶ τὰ ἑξῆς τῶν πρὸς Σαλώμην εἰρημένων ἐπιφέρουσιν οἱ πάντα μᾶλλον ἢ τῷ κατὰ τὴν ἀλήθειαν εὐαγγελικῷ στοιχήσαντες κανόνι; φαμένης γὰρ αὐτῆς Καλῶς οὖν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα, ὡς οὐ δεόντως τῆς γενέσεως παραλαμβανομένης, ἀμείβεται λέγων ὁ κύριος Πᾶσαν φάγε βοτάνην, τὴν δὲ πικρίαν ἔχουσαν μὴ φάγῃς. ib. c. 13, 92 p. 553: διὰ τοῦτό τοι ὁ Κασσιανός φησι Πυνθανομένης τῆς Σαλώμης, πότε γνωσθήσεται τὰ περὶ ὧν ἤρετο, ἔφη ὁ κύριος Ὅταν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ ὅταν γένηται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἄρρεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ. Clemens Al. §. 93 pergit: πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητόν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ κατ᾽ Αἰγυπτίους. Clementis Rom. epi. II, 12 p. 73, 12—15: ἐπερωτηθεὶς γὰρ ὁ κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν Ὅταν ἔσται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ. Naasseni evangelio secundum Aegyptios utebantur (v. supra p. 43). horum scriptor aliquis apud Orig. Philosophum. V, 7 p. 99: ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ἄνω μετελήλυθεν οὐσίαν, ὅπου, φησίν, οὐκ ἔστιν οὔτε θῆλυ οὔτε ἄρσεν, ἀλλὰ καινὴ

κτίσις, καινὸς ἄνθρωπος. l. 29. (*ἡ δὲ ἔφη*) *καλῶς οὖν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα.* Salome igitur Jacobi et Joannis mater fuisse negatur.

(loco incerto) p. 45, 37—46, 3: *μυστηριωδῶς—ἅγιον πνεῦμα.* Epiphanius Haer. LXII, 2: *τὴν δὲ πᾶσαν αὐτῶν πλάνην καὶ τὴν τῆς πλάνης αὐτῶν δύναμιν ἔχουσιν* (Sabelliani) *ἐξ ἀποκρύφων τινῶν, μάλιστα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Αἰγυπτίου εὐαγγελίου, ᾧ τινες τὸ ὄνομα ἐπέθεντο τοῦτο· ἐν αὐτῷ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς κτλ.* Patripassianis favebat hoc evangelium.

(loco incerto) p. 46, 4—6: *εἶναι—πάθους ἑνός.* Orig. Philosophum. V, 7 p. 98 *εἶναι δέ φασι* (Naasseni) *τὴν ψυχὴν δυσεύρετον πάνυ καὶ δυσκατανόητον· οὐ γὰρ μένει ἐπὶ σχήματος οὐδὲ μορφῆς τῆς αὐτῆς πάντοτε οὐδὲ πάθους ἑνός, ἵνα τις αὐτὴν ἢ τύπῳ εἴπῃ ἢ οὐσίᾳ καταλήψεται· τὰς δὲ ἐξαλλαγὰς ταύτας τὰς ποικίλας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ κατ' Αἰγυπτίους εὐαγγελίῳ κειμένας ἔχουσιν.* cf. Clementis Rom. epi. II, 9 p. 70, 21 sq.: *εἷς Χριστὸς ὁ κύριος ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, σὰρξ ἐγένετο.*

(XXII, 37. p. 46, 7. 8: *καὶ μὴ μόνον—τῆς διανοίας*). Clementis epi. II, 3 p. 66, 15. 16.

(XXVI, 21. 23. p. 46, 9—11: *Εἰ τὸ μικρὸν—πιστός ἐστιν*). Clementis epi. II, 8 p. 70, 11—14: *λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.* Irenaeus adv. haer. II, 34, 3: „et ideo Dominus ingratis existentibus in eum: „Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis?“ conferenda quidem sunt quae apud Lucam XVI, 10—12 leguntur: *ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν, καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;* sed cf. etiam Matth. XXV, 21. 23: *ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω.* quae Fabricius in codice apocrypho Novi Testamenti I, 329 sq. dicta Christi *ἄγραφα* collegit, ad Matth. VI, 33 referenda esse videntur.

fortasse etiam illud Christi effatum huc referendum est, quo Marcosios usos esse tradidit Irenaeus adv. haer. I, 20, 2: *ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα, ἐμφαίνοντος, φασί, δεῖν* (l. *εἶναι*) *διὰ τοῦ ἑνὸς τὸν ἀληθῶς ἕνα θεόν, ὃν οὐκ ἐγνώκεισαν.*

haec fere, quamvis non omnia certissime, pertinere videntur ad evangelium secundum Aegyptios, quod in Aegypto compositum esse vix dubitabimus. pantheismum quemdam in trinitate (p. 46, 2. 3) et in animae natura (p. 46, 5. 6) cum ascetica mundi contemptione (X, 16 p. 45, 6. 7) et matrimonii damnatione (XIX, 3—13 p. 45, 26—36) coniunctum cognovimus. Volkmaro (l. l. p. 164) hoc evangelium circa 170—180, mihi iam prius, quamvis non ante gnosticam aetatem, conscriptum esse videtur.

D. MATTHIAE TRADITIONES.

Ματθίου παραδόσεις evangelio secundum Aegyptios affines erant. Origenis Philosophumena VII, 20 p. 230: *Βασιλείδης τοίνυν καὶ Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Βασιλείδου παῖς γνήσιος καὶ μαθητής φασιν εἰρηκέναι Ματθίαν αὐτοῖς λόγους ἀποκρύφους, οὓς ἤκουσε παρὰ τοῦ σωτῆρος κατ' ἰδίαν διδαχθείς. ἴδωμεν οὖν, πῶς καταφανῶς Βασιλείδης ὁμοῦ καὶ Ἰσίδωρος καὶ πᾶς ὁ τούτων χορὸς οὐχ ἁπλῶς καταψεύδεται μόνου Ματθίου, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. — — τοῦτο πρῶτον σφετέρισμα καὶ κλέμμα τοῦ Περιπάτου λαβόντες ἀπατῶσι τὴν ἄνοιαν τῶν συναγελαζομένων ἅμα αὐτοῖς· πολλαῖς γὰρ γενεαῖς Ἀριστοτέλης Βασιλείδου γεγενημένος πρῶτος τὸν περὶ τῶν ὁμωνύμων ἐν ταῖς κατηγορίαις καταβέβληται λόγον, ὃν ὡς ἴδιον οὗτοι καὶ κοινόν τινα καὶ τῶν Ματθίου λόγων κρυφίων τινὰ ἕνα διασαφοῦσιν.* Clemens Alex. Strom. VII, 17, 108 p. 800: *τῶν δ' αἱρέσεων αἱ μὲν ἀπὸ ὀνόματος προσαγορεύονται, ὡς ἡ ἀπὸ Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ Βασιλείδου, κἂν τὴν Ματθίου αὐχῶσι προσάγεσθαι δόξαν· μία γὰρ ἡ πάντων γέγονε τῶν ἀποστόλων ὥσπερ διδασκαλία, οὕτως δὲ καὶ ἡ παράδοσις.*

1. e scriptis Matthiae traditionibus Clemens Alex. Strom. II, 9, 45 p. 452 retulit: *καὶ Ματθίας ἐν ταῖς παραδόσεσι παραινῶν Θαύμασον τὰ παρόντα, βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος.* cf. Matth. hebr. XI, 28 p. 16, 8. 9.

2. Clemens Alex. Strom. III, 4, 26 p. 523: *λέγουσι γοῦν* (Gnostici) *καὶ τὸν Ματθίαν οὕτως διδάξαι· σαρκὶ*

μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι, μηθὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐνδιδόντα, ψυχὴν δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως.

3. fortasse ad eundem Pseudo-Matthiae librum revocandum est, quod Clemens Alex. Strom. IV, 6, 35 p. 579 narravit: *Ζακχαῖον τοίνυν, οἱ δὲ Ματθίαν φασὶν ἀρχιτελώνην ἀκηκοότα τοῦ κυρίου καταξιώσαντος πρὸς αὐτὸν γενέσθαι Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου δίδωμι ἐλεημοσύνην φάναι, κύριε, καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, τετραπλοῦν ἀποδίδωμι· ἐφ' οὗ καὶ ὁ σωτὴρ εἶπεν Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν σήμερον τὸ ἀπολωλὸς εὗρεν.* cf. Luc. XIX, 1—10.

4. Clemens Alex. Strom. VII, 13, 82 p. 882: *λέγουσι δὲ ἐν ταῖς παραδόσεσι Ματθίου τὸν ἀπόστολον παρ' ἕκαστα εἰρηκέναι ὅτι ἐὰν ἐκλεκτοῦ γείτων ἁμαρτήσῃ, ἥμαρτεν ὁ ἐκλεκτός· εἰ γὰρ οὕτως ἑαυτὸν ἦγεν, ὡς ὁ λόγος παραγορεύει, κατηδέσθη ἂν αὐτοῦ τὸν βίον καὶ ὁ γείτων εἰς τὸ μὴ ἁμαρτεῖν.*

Matthiae traditiones iam Origenes Hom. 1 in Luc. (Opp. III, 933) evangelium appellavit: „scio quoddam evangelium, quod appellatur secundum Thomam et iuxta Matthiam.“ Eusebius HE. III, 25. 6. 7 inter haeretica scripta etiam Matthiae supposita retulit (cf. huius operis prolegomena p. IX not. 2). ita fere Innocentius I. epi. 6 (al. 3) ad Exsuperium.[1]) eundem librum Decretum Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis c. VI[2]) inter libros Catholicis interdictos ita recensuit: „evangelium nomine Matthiae apocryphum“ (secundum Hormisdam: „evangelia nomine Matthiae apocrypha“). etiam Anastasius Sinaita vel index eius Quaestionibus et responsionibus additus inter libros non canonicos ultimo loco posuit *εὐαγγέλιον κατὰ Ματθίαν.*[3])

[1]) in Credneri libro: Geschichte des NTlichen Kanon p. 279.
[2]) in Credneri libris: Zur Geschichte des Kanon p. 215, Geschichte des NTlichen Kanon p. 290.
[3]) cf. Credneri librum: Geschichte des NTlichen Kanon p. 241.

E. PETRI ET PAULI PRAEDICATIO.

Petri (et Pauli) praedicationem, quam Clemens Alexandrinus aliique scriptores ecclesiastici laudaverunt, iam revocavi ad illam Petri praedicationem, quae Clementis Romani Recognitionum et Homiliarum antiquissima radix censenda est.[1] nam illud *Πέτρου κήρυγμα* Judaismum christianum, hoc *Πέτρου (καὶ Παύλου) κήρυγμα* Pauli doctrinam defendit. Petri Paulique consensus ibi respuitur,[2] hic docetur. illa autem „Petri praedicatio", cuius titulum Pauli defensor repetiit, iam aucta erat „Petri itinerario", *Πέτρου περιόδοις*, ubi Petrus tamquam verus gentium apostolus Paulum tamquam falsum gentium apostolum repraesentatum Simonis magi persona persequitur. nam „Petri (Paulique) praedicatio" Petro et Paulo concordia coniunctis Simonem magum communem adversarium opposuisse videtur.

non omnes quidem viri docti mihi iam concesserunt, Clementis Romani Recognitiones antiquiores esse cognata Homiliarum recensione et ad antiquissimam illius *Πέτρου κηρύγματος* radicem, unde iam *Πέτρου περίοδοι* proger-

[1]) cf. librum meum: Die clementinischen Recognitionen und Homilien, Jenae 1848 p. 325 sq.

[2]) Petri epi. ad Jacob. c. 2: *τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν τὸ δι' ἐμοῦ νόμιμον ἀπεδοκίμασαν κήρυγμα, τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν. καὶ ταῦτα ἔτι μου περιόντος ἐπεχείρησάν τινες ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τοὺς ἐμοὺς λόγους μετασχηματίζειν εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν, ὡς καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ οὕτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παρρησίας δὲ κηρύσσοντος· ὅπερ ἀπείη.*

minaverant, reducendas. Baurius ipse priorem suam de Homiliarum maiori principalitate propositam sententiam, quam Zellerus etiam nunc retinet, mutare noluit. Paulus de Lagarde in Homiliarum editione (Clementia Lips. 1865. praefat. p. 11) eam rationem, quae inter Recognitiones et Homilias intercedit, adhuc incertam esse censuit. sed multorum virorum doctorum assensu gaudeo,[1]) et ita rem se habere iam libelli Recognitionibus et Homiliis praemissi docent.

Clementis epistula ad Jacobum, quae etiam Recognitionibus praemissa erat,[2]) duos libros antiquiores memoravit: Itinerarium (*περιόδους*) et Praedicationem (*κήρυγμα*) Petri.[3]) illarum (*Πέτρου*) *περιόδων* titulus etiam ad Re-

[1]) cf. C. R. Koestlini censuram (Allg. Literaturzeitung 1849, Nr. 73—77). A. Ritschelii librum: Entstehung der altkathol. Kirche ed. I. Bonn. 1850 p. 153 sq., H. Thierschii librum: Die Kirche im apostol. Zeitalter, Francof. a. M. et Erlangae 1852 p. 341 sq., G. Volkmari libros: Evang. Marcions p. 186, Religion Jesu p. 337- 499. 547, der Ursprung unserer Evangelien p. 62 sq. 104. 134 sq. 163. 164, R. A. Lipsii libros: de Clementis Romani epistola ad Corinthios priore p. 164 sq., Zur Quellenkritik des Epiphanios p. 144 sq., Lechleri librum: das apostolische und nachapostolische Zeitalter ed. II. p. 455, A. Stapii Etudes historiques et critiques sur les origines du christianisme, Paris 1864.

[2]) de hac epistula Rufinus Aquileiensis in praefatione ad Gaudentium Recognitionibus latine versis praemissa: „epistolam sane, in qua idem Clemens ad Jacobum fratrem Domini scribens de obitu nuntiat Petri, et quod se reliquerit successorem cathedrae et doctrinae suae, in qua etiam de omni ordine ecclesiastico continetur, ideo nunc huic operi non praemisi, quia et tempore posterior erat et olim a me interpretata et edita“ (cf. Cotelerii Patres apostt. I, 611 sq.). etiam Photius (Bibl. cod. 112. 113 hanc epistulam ante Recognitiones in nonnullis codicibus invenit.

[3]) c. 20: „unde et ego, mi domine Jacobe, cum haec ab eo praecepta susceperim, necesse habui implere quod iusserat, indicans tibi et de his ipsis simul et de illis breviter comprehendens, quae per singulas quasque urbes digrediens aut in praedicationis sermone protulerit aut in gestorum virtute perfecerit, quamvis tibi de his plurima iam et plenius ante descripta ipso iubente transmiserim, sub eo titulo, quem ipse praecepit adfigi, id est *Clementis Itinerarium*, non *Praedicationis Petri*.“ nam *κηρυγμάτων βίβλους* ipse Petrus Jacobo iam misisse fertur (in epi. Petri ad Jacobum huiusque Contestatione). Clemens autem etiam Tripolitanos Petri sermones scripsisse et Jacobo misisse dicitur Recogn. V, 36 („quorum singula quaeque libellis comprehensa tibi ante iam misi.“). illa in Clementinae epistulae recensione, quae ante Clementis Homilias legitur, iam obliterata sunt: *ὅθεν ἐγώ, κύριέ μου Ἰάκωβε, αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος ὑποσχόμενος οὐκ ὤκνησα, ὡς ἐκελεύσθην, τὸ πολὺ τῶν κατὰ πόλιν λόγων τῶν ἤδη σοι προγραφέντων καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ διαπεμφθέντων ἐν βίβλοις ἐπὶ κεφαλαίων ποιῆσαι ὥσπερ σημείου χάριν, καὶ οὕτως διαπέμψαι σοι ἐπιγράψαντα Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημίων κηρυγμάτων ἐπιτομή.*

cognitiones[1]) et Homilias,[2]) vel ad *Κλήμεντος ἀναγνωρισμόν*,[3]) transiit. *κηρύγματος* autem vel *κηρυγμάτων* Petri vestigia in ipsis Recognitionibus et Homiliis conspicua sunt.[4]) haec „Petri praedicatio" arcanus erat

[1]) Origenes in Genes. Tom. III, 14 (Opp. II, 20 sq., cf. Philocaliam c. 12) Recogn. IX, 10—13 laudavit: *ἐν ταῖς Περιόδοις—λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ*. Hieronymus adv. Jovinian. I, 26 (Opp. II, 278): „quamquam legatur in *περιόδοις* et uxor eius (Petri) et filia," cf. Recogn. VII, 25. 36. Hom. XIII, 1. 11, ubi Petri uxor memoratur (filia deleta videtur in textu Recogn. II, 1, cf. V, 36. X, 26 et quae hac de re notavi in libro meo: Die clementin. Recogn. und Homilien p. 176). Athanasii synopsis scr. s. (cf. Credneri librum: Zur Geschichte des Kanons p. 122: *περίοδοι Πέτρου*), Decretum Gelasii c. VI (ib. p. 214: Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis apocryphum), Nicephori stichometria (ib. p. 122. 145: *περίοδος Πέτρου*). etiam plura contulerunt Cotelerius (Patr. apostt. I, 482 sq.) et Uhlhornius (die Homilien uno Recognitionen des Clemens Romanus, Gotting. 1854 p. 45 sq.).

[2]) Epiphanius Haer. XXX, 15: *ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις*, qui titulus referendus est ad Homilias bene notas Epiphanio (Haer. XXVI, 16 cf. Clem. Hom. IV, 16). nam virginitas damnata (cf. Clem. epi. ad. Jac. c. 7) ad Homilias (III, 68 cf. V, 25) potius quam ad Recogn. (III, 66) pertinet, et prophetae cum Davide reprobati solis Homiliis (II, 17. III, 21. 23. 28. 51. 53. XVIII, 7. 13) conveniunt.

[3]) utriusque recensionis communem titulum: *ἀναγνωρισμός, ἀναγνώσεις* (cf. Recogn. VII, 23. IX, 36. 37. Hom. XII, 33. XIII, 11) Rufinus testatur de adulteratione librorum Origenis (post Origenis operum editionem Ruae. T. IV. p. 50 et apud Hieronymum adv. Ruffinum II, 17; Opp. II, 507) et in praefatione ad Gaudentium ante Recognitiones latine versas. eundem titulum Photius (Bibl. cod. 112. 113) in nonnullis Recognitionum codicibus invenit: *Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμός*. Photius ipse maluit *Πέτρου πράξεις* appellare. Homiliarum titulum proprium Clementis epistula praemissa c. 20 ita dedit: *Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημίων κηρυγμάτων ἐπιτομή*. eadem Athanasii synopsis scr. s. (l. l. p. 145) recensuit hoc titulo: *Κλημέντια*, cf. Chron. pasch. p. 50 (28 D) sq.

[4]) Clem. Recogn. I, 17: „unde iubento eo ea quae ad me locutus est in ordinem redigens librum de vero propheta conscripsi eumque de Caesarea ad te ipso iubente transmisi. III, 74. 78: „simul et imperat (Petrus) mihi (Clementi), quia intellexit me studiosius quae audirem memoriae commendare, libris singula quaeque quae memoratu digna videbantur comprehendere et mittere ad te, mi domine Jacobe, sicut et feci parens eius praeceptis. *primus* ergo liber ex his, quos prius misi ad te, continet de vero propheta et de proprietate intelligentiae legis secundum id quod Moysi traditio docet. *secundus* de principio continet, utrum unum sit principium an multa, et quod non ignoret Hebraeorum lex, quid sit immensitas; *tertius* de Deo et his quae ab eo instituta sunt; *quartus*, quod cum multi dicantur dii, unus sit verus Deus secundum testimonia scripturarum; *quintus*, quod duo sint coeli, quorum unum sit istud visibile firmamentum, quod et transibit, aliud vero aeternum et invisibile; *sextus* de bono et malo, et quod bono cuncta subiiciantur a patre, malum autem quare et quomodo et unde sit, et quod cooperetur quidem bono, sed non proposito bono, et quae sint signa boni, quae vero mali, et quae sit differentia dualitatis et coniugationis; *septimus* vero quae sint quae prosecuti sunt duodecim apostoli apud populum in templo; *octavus* de verbis Domini, quae sibi videntur esse contraria, sed non sunt, et quae sit horum absolutio; *nonus*, quia lex, quae a Deo posita est, iusta sit et perfecta, et quae sola possit facere

liber omnibusque, qui e gentibus crediderunt, prorsus interdictus.[1]) Paulus „inimicus homo“ (cf. Gal. IV, 16) appellatus est.[2]) iudaicae nationi, cui soli haec *κηρύγματα* communicare licet,[3]) oppositi sunt *οἱ ἀπὸ ἐθνῶν*, *ἀλλόφυλοι* (Petri epi. c. 1. 2. 3), quamvis fideles. Petri genuinae doctrinae, quae legi Mosaicae consona est, opponitur inimici hominis, i. e. Pauli, doctrina legi contraria. procul dubio erraverunt, qui hoc merum ludibrium Pseudo-Clementis existimaverunt.[4]) eorum gentilium, quibus illi libri prorsus interdicuntur, *ἀπαρχή* Clemens dicitur.[5]) vere exstiterunt arcana illa *Πέτρου κηρύγματα*.

huius „Petri praedicationis“ liber VII. „quae prosecuti sunt apostoli apud populum in templo“ ea fere tradidit, quae Clementis Recogn. I, 43. 44. 53—71 de apostolorum et Judaeorum disputationibus septimo post

pacem; *decimus* de nativitate hominum carnali et de generatione quae est per baptismum, et quae sit in homine carnalis seminis successio, et quae animae eius ratio, et quomodo in ipsa est libertas arbitrii, quae quoniam non est ingenita, sed facta est, immobilis a bono esse non poterat. de his ergo singulis, quae apud Caesaream disserta sunt a Petro, iubente ut dixi ipso, decem conscripta ad te transmisi volumina.“ hunc singulorum librorum indicem iam praetermiserunt Homiliae, sed primum librum et ipsae notaverunt I, 20: *πλὴν γράψας τὸν περὶ προφήτου λόγον, αὐτοῦ κελεύσαντος, ἀπὸ τῆς Καισαρείας τῆς Στράτωνος διαπεμφθῆναί σοι ἐποίησεν τὸν τόμον, παρὰ σοῦ ἐντολὴν ἔχειν εἰπών, τὰς καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁμιλίας τε καὶ πράξεις γράφοντα διαπέμπειν σοι,* ubi vocc. *αὐτοῦ κελεύσαντος* addita esse constat.

[1]) cf. epi. Petri ad Jacob. c. 1. 3 et Jacobi contestationem. eodem fere modo Essaei *τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία* nemini communicabant nisi iureiurando obstricto, ne hos libros publicaret. etiam Elxaei propheticus liber arcanus habebatur, cf. huius operis fascic. III. p. 159. 165.

[2]) Petri epi. c. 2 cf. Recogn. I, 70. 71. 73.

[3]) Petri epi. c. 1. 3 *ὁμοφύλῳ*. Contest. Jacobi c. 1 *ἐμπεριτόμῳ*, c. 3 *τῷ ἐπισκόπῳ μου τῷ τὴν αὐτὴν ἔχοντι πίστιν καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμωμένῳ*, i. e. iudaicae nationis, cf. Epiphanius Haer. XIII: *οὗτος* (Dositheus) *ἀνεμίγη ἀπὸ Ἰουδαίων ὁρμώμενος κτλ.* XXX, 22: (Petrus) *ἐξ Ἰουδαίων ὁρμώμενος*. LI, 8: *Φιλοσαββάτος ὁ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὁρμώμενος*, Theodoretus haer. fab. I, 22: (Bardesanes) *Σύρος, ἐξ Ἐδέσης ὁρμώμενος*.

[4]) Schliemannus (die Clementinen nebst den verwandten Schriften und der Ebionitismus, Hamburg. 1844 p. 263 sq.) et Uhlhornius (die Homilien und Recognitionen des Clemens Romanus p. 104 sq.), contra quos disputavi in libro meo: die clementin. Recogn. und Homilien p. 44 sq., etiam in commentationibus meis: theol. Jahrb. 1850 p. 86 sq., 1854 p. 494 sq.

[5]) Clementis epi. ad Jacobum c. 3 (secundum principaliorem recensionem a Rufino versam): „cum primitias eorum, qui ex gentibus per me salventur, et praecipue huius urbis, te primum obtulerim Deo.“ graece ante Homilias: *σὺ γὰρ δι᾽ ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν ἡ κρείττων ἀπαρχή.*

Domini passionem anno in templo institutis et de inimici illius hominis impetu retulerunt. Paulus igitur populum iudaicum, cui XII apostoli iam persuaserunt, ut baptismum peteret, subito ad Christianos caedendos commovit. eundem iam christianae fidei nuntium apud gentiles inde a Caesarea sequitur Petrus, verus gentilium apostolus. et hoc est *Petri itinerarium* (*περίοδοι*) Recogn. IV — VI. Hom. VII—XI, quo Petri *κήρυγμα*, primorum trium Recognitionum librorum fundamentum continuatur. nam septimo post Christum mortuum anno (Recogn. I, 43. IX, 29) Petrus proficiscitur omnes gentes verum Deum docturus, cui Simon magus adversarius exstitit.[1]) itaque Petrus illum falsum gentium apostolum secutus Caesarea Tripolim et Antiochiam profectus est gentilesque, qui nullum apostolum praeter XII apostolos recipere iubentur (Recogn. IV, 35. Hom. XI, 35), veram Dei religionem docuit. denique hoc Petri itinerarium Clementis, eius matris, fratrum patrisque *recognitionibus* (Recogn. VII—X. Hom. XII. XIII) auctum vel ad Clementis historiam redactum est circa a. 140 p. Chr.[2]) itaque in Clementis Romani Recognitionibus (I, 13. 74. III, 63. 64) et Homiliis (I, 16) Petri iter Romam dirigitur, ubi Petrus Clemente episcopo ordinato mortuus esse dicitur (Clementis epi. ad Jacob.). cuius Clementinae recognitionis serior recensio in Homiliis (circa a. 160) cognoscitur.

haec omnia, quae Judaismum christianum a iudaicae nationis angustis terminis ad gentes docendas, inde a Palaestina Romam progredientem ostendunt, e *Πέτρου κηρύγματος* antiquissima radice progerminaverunt. prorsus diversam apostolicae aetatis historiam *Acta apostolorum* canonica narraverunt. nam ibi Saulus vel Paulus ecclesiam Hierosolymitanam, cuius primus martyr Stephanus celebratur, persecutus (Act. VIII, 1—3) consulte distinguitur a Simone mago Samaritano, qui apostolorum

[1]) Recogn. III, 56 cf. c. 61. 65. IV, 4. VI, 7. X, 16. 61. 66.
[2]) cf. librum meum: Die apostol. Väter p. 297 not. 11.

munus pecunia appetiisse narratur (VIII, 4—24). ceterum etiam in hoc libro Paulus post illud iter Damascenum, quod Recogn. I, 71 non ignorant, Hierosolymis, ubi cum apostolis collocutus est, Caesaream fugatur (Act. IX, 1—30), denique Romam pervenit (Act. XXVIII, 14—31). sed gentiles fideles a lege Mosaica immunes esse debere Petrus et Jacobus ipsi ecclesiae Hierosolymitanae suaserunt (Act. XV, 7—21). itaque Petrus Pauli legem Mosaicam gentilibus remittentis consensionem minime respuit, ut in eius epistula ad Jacobum c. 2 legitur, sed agnovit. neque Paulus illi opponitur tamquam „inimicus homo" vel Simon magus scelestus sed Petri et Pauli praedicatio fere eadem censetur.

quemadmodum *Πέτρου κήρυγμα* iudaizans *Πέτρου περιόδοις* augebatur, ita etiam Actis apostolorum canonicis vel Lucae *δευτέρῳ λόγῳ* (Act. I, 1) *Πέτρου (καὶ Παύλου) κήρυγμα* additum esse videtur, tamquam *ὁ τρίτος λόγος*, qui Petrum et Paulum una Romae docuisse vel praedicasse et simul martyrio coronatos esse narravit. haec est illa „Petri (Paulique) praedicatio", quam non pauci scriptores ecclesiastici laudaverunt. eiusdem reliquiae post Grabium[1]) et Crednerum[2]) etiam accuratius colligendae, edendae et disponendae sunt.

ΠΕΤΡΟΥ (ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ) ΚΗΡΥΓΜΑ.

initium: Petri praedicatio Romana.

Christus e mortuis resuscitatus ad discipulos locutus est: *ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον.*

Ὁ κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν πρὸς (ἡμᾶς) τοὺς μαθητὰς ἔφη Ἐξελεξάμην ὑμᾶς δώδεκα μαθητάς, κρίνας ἀξίους ἐμοῦ, οὓς ὁ κύριος ἠθέλησεν καὶ ἀποστόλους, πιστοὺς

[1]) Spicileg. Patr. et haer. I. p. 62 sq.
[2]) Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften I. p. 351 sq.

ἡγησάμενος, εἶναι, πέμπων ἐπὶ τὸν κόσμον εὐαγγελίσασθαι τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπους γινώσκειν ὅτι εἷς θεός ἐστιν, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως ἑξῆς δηλοῦντας τὰ μέλλοντα, ὅπως οἱ ἀκούσαντες σωθῶσιν, οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες ἀκούσαντες μαρτυρηθῶσιν, οὐκ ἔχοντες ἀπολογίαν εἰπεῖν Οὐκ ἠκούσαμεν. . . . .

Ἐὰν μὲν οὖν τις θελήσῃ τοῦ Ἰσραὴλ μετανοῆσαι διὰ τοῦ ὀνόματός μου πιστεύων εἰς τὸν θεὸν, ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι. μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μή τις εἴπῃ Οὐκ ἠκούσαμεν. . . . .

Petrus ad gentiles: *Ὅσα ἐν ἀγνοίᾳ τις ὑμῶν ἐποίησεν μὴ εἰδὼς σαφῶς τὸν θεόν, ἐὰν ἐπιγνοὺς μετανοήσῃ, πάντα αὐτῷ ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα.* . . . .

Γινώσκετε οὖν ὅτι εἷς θεός ἐστιν, ὃς ἀρχὴν πάντων ἐποίησεν, καὶ τέλους ἐξουσίαν ἔχων. . . . .

Ὁ ἀόρατος, ὃς τὰ πάντα ὁρᾷ, ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ, ἀνεπιδεής, οὗ τὰ πάντα ἐπιδέεται καὶ δι' ὅν ἐστιν, ἀκατάληπτος, ἀένναος, ἄφθαρτος, ἀποίητος, ὃς τὰ πάντα ἐποίησεν λόγῳ δυνάμεως αὐτοῦ. . . . . . .

Τοῦτον τὸν θεὸν σέβεσθε μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας. ὅτι ἀγνοίᾳ φερόμενοι καὶ μὴ ἐπιστάμενοι τὸν θεόν, ὡς ἡμεῖς κατὰ τὴν γνῶσιν τὴν τελείαν, ἐξ οὐσίας, ἣν ἔδωκεν αὐτοῖς εἰς χρῆσιν, μορφώσαντες ξύλα καὶ λίθους, χαλκὸν καὶ σίδηρον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον, τῆς ὕλης αὐτῶν καὶ χρήσεως, τὰ δοῦλα τῆς ὑπάρξεως ἀναστήσαντες σέβονται· καὶ ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς εἰς βρῶσιν ὁ θεός, πετεινὰ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς θαλάσσης τὰ νηκτὰ καὶ τὰ θηρία σὺν κτήνεσι τετραπόδοις τοῦ ἀγροῦ, γαλᾶς τε καὶ μῦς, αἰλούρους τε καὶ κύνας καὶ πιθήκους, καὶ τὰ ἴδια βρώματα βροτοῖς θύματα θύουσιν καὶ νεκρὰ νεκροῖς προσφέροντες ὡς θεοῖς ἀχαριστοῦσι τῷ θεῷ διὰ τούτων ἀρνούμενοι αὐτὸν εἶναι. . . . . . .

Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν οὐκ ἐπίστανται, λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις, μηνὶ καὶ σελήνῃ. καὶ ἐὰν μὴ σελήνη φανῇ, σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον, οὐδὲ νεομηνίαν ἄγουσιν, οὐδὲ ἄζυμα, οὐδὲ ἑορτήν, οὐδὲ μεγάλην ἡμέραν. . . . .

Ὥστε καὶ ὑμεῖς ὁσίως καὶ δικαίως μανθάνοντες ἃ παραδίδομεν ὑμῖν φυλάσσεσθε, καινῶς τὸν θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ σεβόμενοι. εὕρομεν γὰρ ἐν ταῖς γραφαῖς, καθὼς ὁ κύριος λέγει Ἰδοὺ διατίθεμαι ὑμῖν καινὴν διαθήκην, οὐχ ὡς διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐν ὄρει Χωρήβ. νέαν ὑμῖν διέθετο· τὰ γὰρ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων παλαιά, ὑμεῖς δὲ οἱ καινῶς αὐτὸν τρίτῳ γένει σεβόμενοι Χριστιανοί. . . Jer. XXXI, 31 sq. Hebr. VIII, 8 sq.

Νόμος καὶ λόγος ὁ κύριος. . . . .

Ἡμεῖς δὲ ἀναπτύξαντες τὰς βίβλους ἃς εἴχομεν τῶν προφητῶν ἃ μὲν διὰ παραβολῶν, ἃ δὲ δι' αἰνιγμάτων, ἃ δὲ αὐθεντικῶς καὶ αὐτολεξεὶ τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομαζόντων, εὕρομεν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ καὶ τὸν θάνατον καὶ τὸν σταυρὸν καὶ τὰς λοιπὰς κολάσεις πάσας, ὅσας ἐποίησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τὴν ἔγερσιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν πρὸ τοῦ Ἱεροσόλυμα κτισθῆναι, καθὼς ἐγέγραπτο ταῦτα πάντα ἃ ἔδει αὐτὸν παθεῖν καὶ μετ' αὐτὸν ἃ ἔσται. ταῦτα οὖν ἐπιγνόντες ἐπιστεύσαμεν τῷ θεῷ διὰ τῶν γεγραμμένων εἰς αὐτόν. . . . .

Ἔγνωμεν γὰρ ὅτι ὁ θεὸς αὐτὰ προσέταξεν ὄντως, καὶ οὐδὲν ἄτερ γραφῆς λέγομεν. . . . .

Κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι θεοῦ. . . . .

Εἷς οἰκοδομῶν καὶ εἷς καθαιρῶν οὐδὲν ὠφέλησεν ἢ κόπους. . . . .

Τάλας ἐγὼ οὐδὲ ἐμνήσθην ὅτι ὁ θεὸς νοῦν ὁρᾷ καὶ ψυχῆς ἐπιτηρεῖ φωνήν. συνεργῶν ὁ ἐχθρὸς πρὸς ἁμαρτίαν πρὸς ἐμαυτὸν λέγει Ἐλεήμων ἐστὶν ὁ θεὸς καὶ ἀνέξεταί σου, καὶ μὴ πληγεὶς παραχρῆμα οὐκ ἐπαυσάμην, ἀλλὰ μᾶλλον κατεφρόνησα συγγνώμης καὶ ἐδαπάνησα θεοῦ μακροθυμίαν. . . . .

Πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πολλοὺς ἐλεῶν καὶ ὁ κατὰ θεοῦ μίμησιν ἐπιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. σύνετε δή, πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα ὧν αὐτοὶ χρῄζετε. μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα. αἰσχύνθητε κατέχοντες τὰ ἀλλότρια. μιμήσασθε ἰσότητα θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. . . . .

Petrus et Paulus postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi cogniti esse videbantur.

Paulus ad gentes: *Λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα ϑεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσϑαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ ϑεοῦ, καὶ καϑὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.* . . . .

Ὅλος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ τίνος; οὐχὶ τοῦ ϑεοῦ; . . . .

Paulus praedicasse videbatur de peccatis propriis confessum Christum et ad accipiendum Joannis baptisma paene invitum a matre sua Maria esse compulsum, item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum.

Petrus et Paulus Romae praedicantes cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerunt, ut post breve tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Judaeos et civitates eorum solo adaequaret, ipsos autem fame sitique confectos obsideret. tum fore ut corporibus suorum vescerentur et consumerent se invicem; postremo ut capti venirent in manus hostium et in conspectu suo vexari acerbissime coniuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, allidi parvulos, omnia denique igni ferroque vastari, captivos in perpetuum terris suis exterminari, eo quod exultaverint super amatissimum et probatissimum Dei filium.

ADNOTATIONES.

p. 57, 1. *Πέτρου (καὶ Παύλου) κήρυγμα.* Petri praedicatio etiam Pauli appellabatur. cf. quae ad p. 57, 2. 60, 16 sq. notata sunt. titulum: „Pauli et Petri praedicatio „Lactantius“ cf. quae ad p. 60, 16 sq. notata sunt innuere videtur. eundem librum Origenes cf. Joannes Damascenus (cf. quae ad p. 57, 3. 4. 59, 30 sq. notata sunt) etiam *Διδασκαλίαν Πέτρου* appellasse videntur.

p. 57, 2. *initium: Petri praedicatio Romana.* Cyprianus qui dicitur in tractatu de rebaptismate (Opp. Venet. 1728 p. 643) in Pauli praedicatione“ scriptum invenit: „et post tanta tempora Petrum et Paulum post conlationem evangelii in Hierusalem et mutuam cogitationem et (vocc. „cogitationem et“ om. Grabius in spicileg. I. p. 69) altercationem et rerum agendarum dispositionem (Gal. II, 1 sq. Act. XV, 1 sq.), postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos, et quaedam alia huiuscemodi absurde ac turpiter conficta: quae omnia in illum librum invenies congesta.“ Lactantius divin. institut. IV, 21: „sed et futura illis aperuit omnia, quae Petrus et Paulus Romae praedicaverunt, et ea praedicatio in memoriam scripta remansit.“ etiam priorem epistulam canonicam Petrus Romae (Babylone V, 13, cf. Apocal. Joan.) scripsisse fertur, Silvani Pauli comitis salutem nuntians. Dionysius Corinthius (apud Euseb. HE. II, 25, 8) Romanis scripsit: *ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ (ὑπὸ?) Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε· καὶ γαρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.* conferenda sunt etiam Acta Petri et Pauli, quae post Thilonem (Acta ss. apostolorum Petri et Pauli graece ex codd. Pariss. et latine ex codd. Guelferbytanis nunc primum edita et annotationibus illustrata, partic. I. II. Halis S. 1837. 1838) edidit C. Tischendorfius (Acta apostolorum apocrypha. Lips. 1851 p. 1—39). huius narrationis initium fit a Pauli itinere Romano Act. XXVIII, 11 sq. optime Thilo in „Notitia uberiori novae codicis apocryphi Fabriciani editionis“ praemissa Actis S. Thomae apostoli primum editis (Lips. 1823) p. LVIII sq.: „immo voluit auctor, quae mea est coniectura, Lucae Actibus apostolicis tertiam addere partem, *τρίτον λόγον* (vid. Act. I, 1), cum in iis Petri et Pauli res gestas vidisset expositas, narratione in fine operis abrupta, neque ad martyrium utriusque apostoli perducta. hoc igitur scribendi consilium secutus, primum ea quae de Pauli itinere Romano a Luca in ultimo Actorum capite paucioribus verbis comprehenduntur, ex ingenio et ex traditionibus amplificavit; dein ex eis, quae Romae Petrus et Paulus gesserint, praecipue certamen cum Simone mago enarravit; denique utriusque fata extrema retulit.“ secundam et tertiam partem repetiit Pseudo-Marcellus „de mirificis rebus et Actibus beatorum Petri et Pauli et de magicis actibus Simonis magi“ (in Fabricii codice apocrypho NT. III, 632—653, cf. Tom. I. p. 778), tertiam Pseudo-Linus „de passione Petri et Pauli“ libris II (Maxima bibliotheca veterum patrum Lugdun. 1687 Tom. II, 67 sq. (cf. Fabricii l. l. T. I. p. 775 sq. T. III. p. 626). haec „Acta Petri et Pauli“ cognata esse „Petri et Pauli praedicationi“ videbimus, breviores Pauli et Petri orationes vel praedicationes etiam hic servatae sunt c. 28—30 p. 11 sq.

p. 57, 3. 4: *Christus e mortuis resuscitatus ad discipulos dixit: ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον,* Origenes de princ. praef. c. 8 (Opp. I, 49): „si vero quis velit nobis proferre ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi salvator videtur ad discipulos dicere: „Non sum daemonium incorporeum": primo respondendum est ei, quoniam ille liber inter libros ecclesiasticos non habetur, et ostendendum, quia neque Petri est ipsa scriptura, neque alterius cuiusdam, qui spiritu Dei fuerit inspiratus. quod etiamsi ipsum concederetur, non idem sensus ibi ex isto sermone ἀσωμάτου indicatur, qui a graecis et gentilibus auctoribus ostenditur, quum de incorporea natura a philosophis disputatur. in hoc enim libello „incorporeum daemonium" dixit pro eo, quod ipse ille, quicunque est, habitus vel circumscriptio daemonici corporis non est similis huic nostro crassiori et visibili corpori. sed secundum sensum eius, qui composuit illam scripturam, intelligendum est quod dixit; id est non se tale corpus quale habent daemones, quod est naturaliter subtile et velut aura tenue, et propter hoc vel putatur a multis vel dicitur incorporeum, sed habere se corpus solidum et palpabile." cf. Matth. hebr. XXVIII, 16—20 (quo evangelio huius Praedicationis scriptor omnino usus esse videtur) et Luc. XXIV, 39. si hoc Christi effatum Praedicationis initio vindicare nolis, post p. 59, 29 inserendum erit.

p. 57, 5—58, 6: *Ὁ κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν — Οὐκ ἠκούσαμεν.* Clemens Alex. Strom. VI, 6, 48 p. 764 sq.: *αὐτίκα ἐν τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ κύριός φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν Ἐξελεξάμην ὑμᾶς κτλ.* Domini verba Petri praedicatio non ita, ut Act. I, 5—8, sed Petro referente (cf. quae ad p. 57, 3. 4 notata sunt) tradidisse videtur. ea Clemens Alex. non verbo tenus reddidit. p. 57, 6. *ἐξελεξάμην — ἀξίους ἐμοῦ.* cf. Barnabae epi. VIII, 26, 6 sq., ubi apostoli summi peccatores dicuntur (V p. 14, 5. 6.), et Matth. ebion. prooemium p. 33, 14 15. p. 57, 7—58, 6. *οὓς ὁ κύριος — Οὐκ ἠκούσαμεν.* etiam haec e Petri praedicatione hausta esse priores editores non animadverterunt. eadem clausula, quae p. 58, 10 legitur, iam hic reperitur. post quam Clemens Alex. ipse pergit: *τί οὖν; οὐχὶ καὶ ἐν Ἅιδῃ κτλ.* p. 58, 3. *ἑξῆς* emendavi, *ἐμῆς* edd., *ἐμφανῶς* coniecit Potterus. p. 58, 5. *μαρτυρηθῶσιν* emendavi, *μαρτυρήσωσιν* edd.

p. 58, 7—10: *Ἐὰν μὲν οὖν — Οὐκ ἠκούσαμεν.* Clemens Alex. VI, 5, 43 p. 762: *διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος εἰρηκέναι τὸν κύριον τοῖς ἀποστόλοις Ἐὰν μὲν οὖν κτλ.* Apollonius (apud Euseb. HE. V, 18, 14) *ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῦ ἀποστόλοις· ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ.* p. 58, 7. *μετανοῆσαι.* Sylburg. et Grabius coniecerunt *μετανοήσας,* Crednerus *καὶ μετανοῆσαι.* p. 58, 8. *πιστεύων* emendavi, *πιστεύειν* edd. p. 58, 9. *αἱ ἁμαρτίαι. μετα δώδεκα ἔτη κτλ.* recte interpunxerunt Cavius Hist. lit. sub n. S. Petri I. p. 3 sq.) et Grabius (spicileg. I. p. 67). male post *ἔτη* punctum posuerunt edd. p. 58, 9. 10. *μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον.* iam septimo post Christum mortuum anno secundum Clementis Recogn. I, 43. 63. 64. IX, 29 apostoli ad gentes docendas et in fidem christianam convertendas profecti sunt. XII anni XII tribubus iudaicis respondere videntur.

p. 58, 11—13. Petrus ad gentiles: *Ὅσα — τὰ ἁμαρτήματα.* Clemens Alex. Strom. VI, 6, 48 p. 765: *πάσαις δ' ἄνωθεν ταῖς ψυχαῖς εἴρηται ταῖς λογικαῖς Ὅσα ἐν ἀγνοίᾳ κτλ.* etiam haec ad Petri praedicationem referenda sunt, quae Potterus perperam ad Act. III, 17. 19. XVII, 30 revocare voluit. Clemens Alex. ipse de defunctis locutus duos scripturae sacrae locos addidit, priorem e Petri praedicatione, quem ad mortuos retulit, alterum e Deut. XXX, 15. 19.

p. 58, 14. 15. *Γινώσκετε — ἔχων.* Clemens Alex. Strom. VI, 5, 39 p. 759: *Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι λέγει Γινώσκετε οὖν κτλ.* etiam Strom. VI, 7, 58 p. 769: *εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεός, ὃς ἀρχὴν τῶν ἁπάντων ἐποίησεν, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱόν, ὁ Πέτρος γράφει, συνεὶς ἀκριβῶς τό Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν* (Gen. I, 3 cf. Prov. VIII, 22). Hieronymus Quaestt. hebr. in Genesin (Opp. III, 305): „plerique existimant, sicut in altercatione Jasonis et Papisci, scriptum est, et Tertullianus in libro contra Praxeam [c. 57 cf. adv. Hermogenem c. 20] disputat, nec non Hilarius in expositione cuiusdam Psalmi [II] affirmat, in hebraeo

haberi: „In filio fecit Deus coelum et terram,“ quod falsum esse ipsius rei veritas comprobat.“ Theophilus Antioch. ad Autol. II, 10 (14) p. 88: *οὗτος [ὁ λόγος] λέγεται ἀρχή, ὅτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι᾽ αὐτοῦ δεδημιουργημένων.* Tatianus orat. c. Graecos c. 5 p. 145: *θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν.* Clemens Alex. Strom. VI, 16, 145 p. 815. Origenes Hom. 1 in Genes. Opp. II, 52. Methodius *περὶ τῶν γενητῶν* XI p. 102 ed. Jahn.

p. 58, 16—19: *Ὁ ἀόρατος—δυνάμεως αὐτοῦ.* Clemens Alex. Strom. VI, 5, 39 p. 759 non pergit, ut editores dederunt *καὶ ὁ ἀόρατος κτλ.*, sed *καί Ὁ ἀόρατος κτλ.* alterum addidit fragmentum. cf. Hermae Past. Mand. I. p. 35, 15—36, 2: *πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα καὶ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν.* in Actis Petri et Pauli c. 58 p. 25 Paulus: *ἐδίδαξα τὰς ἐκκλησίας τῶν πιστευόντων ἕνα παντοκράτορα ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον σέβειν θεόν.* p. 58, 19. *ὃς τὰ πάντα ἐποίησεν λόγῳ δυνάμεως αὐτοῦ.* Clemens Alex. ipse addidit: *τῆς γνωστικῆς γραφῆς, τουτέστι τοῦ υἱοῦ.*

p. 58, 20—31: *Τοῦτον τὸν θεὸν—ἀρνούμενοι αὐτὸν εἶναι.* Clemens Alex. l. l. nonnullis additis pergit: *εἶτα ἐπιφέρει Τοῦτον τὸν θεὸν σέβεσθε μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας· ὡς δηλονότι τὸν αὐτὸν* (p. 760) *ἡμῖν σεβόντων θεὸν καὶ τῶν παρ᾽ Ἕλλησι δοκίμων, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἐπίγνωσιν παντελῆ τὴν δι᾽ υἱοῦ παράδοσιν μεμαθηκότων. Μὴ τοίνυν, φησί, σέβεσθε, οὐκ εἶπεν Θεὸν ὃν οἱ Ἕλληνες, ἀλλά Μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας· τὸν τρόπον τὸν τῆς σεβήσεως ἐναλλάττων τοῦ θεοῦ, οὐχὶ δὲ ἄλλον καταγγέλλων.* (§. 40) *τί οὖν ἔστι τὸ Μὴ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, αὖθις διασαφήσει Πέτρος ἐπιφέρων Ὅτι ἀγνοίᾳ φερόμενοι καὶ μὴ ἐπιστάμενοι τὸν θεόν, ὡς ἡμεῖς κατὰ τὴν γνῶσιν τὴν τελείαν* [*ὡς—τελείαν* Petro Grabius, Clementi Alexandrino tribuerunt Potterus ad h. l. et Crednerus l. l. p. 351), *ἣν* (*ὧν* coniecit Potterus) *ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίας* (Potterus coniecit *ἐξουσίαν*) *εἰς χρῆσιν μορφώσαντες κτλ.* p. 58, 20—23. *Τοῦτον—ξύλα καὶ λίθους.* Origenes in Joan. Tom. XIII, 17 (Opp. IV, 226): *πολὺ δέ ἐστι νῦν παρατίθεσθαι τοῦ Ἡρακλέωνος τὰ ῥητά, ἀπὸ τοῦ ἐπιγεγραμμένου Πέτρου κηρύγματος προσλαμβανόμενα καὶ ἵστασθαι πρὸς αὐτὰ ἐξετάζοντας καὶ περὶ τοῦ βιβλίου, πότερόν ποτε γνήσιόν ἐστιν ἢ νόθον ἢ μικτόν. διόπερ ἑκόντες ὑπερτιθέμεθα, ταῦτα μόνον ἐπισημειούμενοι φέρειν αὐτόν, ὡς Πέτρου διδάξαντος· μὴ δεῖν καθ᾽ Ἕλληνας προσκυνεῖν τὰ τῆς ὕλης πράγματα ἀποδεχομένους καὶ λατρεύοντας ξύλοις καὶ λίθοις.* p. 58, 24. 25. *τῆς ὕλης αὐτῶν καὶ χρήσεως, τὰ δοῦλα τῆς ὑπάρξεως ἀναστήσαντες σέβονται.* Pottero haec corrupta videbantur et ita fere emendanda: *τὴν ὕλην αὐτῶν καὶ χρήσεως τὰ δοῦλα τῇ ὑπάρξει* vel: *χρήσεως τὰ δοῦλα καὶ τῆς ὑπάρξεως ἀναστήσαντες σέβονται.* p. 58, 29. *βροτοῖς* c. edd., *βρωτοῖς* coniecit Potterus. totus hic locus revocandus est ad Orac. Sibyll. prooemii fragm. II. (apud Theophilum Antiochenum ad Autol. II, 36) v. 21 sq.:

Ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε;
Αἰσχύνθητε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες
— — — — — — — — — — — —
27 *Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους, ἀνόητοι,*
Καὶ πετεεινὰ σέβεσθε καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης
Καί λίθινα ξόανα καὶ ἀγάλματα χειροποίητα
Καὶ παρ᾽ ὁδοῖσι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε.

conferre iuvat etiam epistulam ad Diognetum Petri praedicationi cognatam c. 2 et Clementis Rom. epi. II, 1 p. 65, 6. 7: *προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν, ἔργα ἀνθρώπων.* de Aegyptiorum superstitione cf. Clem. Recogn. V, 20. Hom. X, 16. 18, Chrysostom. in Genes. sermon. I (Opp. IV, 647 A ed. Montfc.) *τοῖς ἐξ Αἰγύπτου νῦν ἐπανιοῦσιν, ἔνθα κροκοδείλους καὶ κύνας καὶ πιθήκους ἐθεράπευον οἱ ἄνθρωποι,* ad populum Antioch. Hom. X (Opp. II, 110 A) *τὸν πίθηκον τίνος ἕνεκεν προσεκύνησαν, τὸν κροκόδειλον, τὸν κύνα, τὰ εὐτελέστερα τῶν ζώων;* al.

p. 58, 32—37. *Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους—μεγάλην ἡμέραν.* Clemens Alex. Strom. VI, 5, 41 p. 760 pergit: *καὶ ὅτι γε ὡς τὸν αὐτὸν θεὸν ἡμῶν τε αὐτῶν καὶ Ἑλλήνων ἐγνωκότων φέρεται, πλὴν οὐχ ὁμοίως, ἐποίσει πάλιν ὧδέ πως· Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους κτλ.* Heracleon apud Origenem l. l. pergit: *μήτε κατὰ Ἰουδαίους σέβειν τὸ θεῖον, ἐπείπερ καὶ αὐτοὶ μόνοι οἰόμενοι ἐπίστασθαι θεὸν ἀγνοοῦσιν αὐτόν, λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ μηνὶ καὶ σελήνῃ.* Petri praedicationem iam epi. ad Diognetum c. 3. 4 secuta et quodam modo imitata esse videtur. e contrario Petrus in Clem. Hom. VII, 4 gentiles docuit: *τὰ δὲ λοιπὰ ἑνὶ λόγῳ, ὡς οἱ θεὸν σέβοντες ἤκουσαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὑμεῖς ἀκούσατε ἅπαντες, ἐν πολλοῖς σώμασιν μίαν γνώμην ἀναλαβόντες.* l. 33. *μόνοι οἰόμενοι τὸν θεὸν γινώσκειν.* cf. quae ad Clementis Rom. epi. II. p. 65, 26. 27 notata sunt. l. 33. 34. *λατρεύοντες ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις.* Origenes c. Cels. I, 26 (Opp. I, 344): *λέγων αὐτοὺς* (Judaeos) *σέβειν ἀγγέλους καὶ γοητείᾳ προσκεῖσθαι, ἧς ὁ Μωϋσῆς αὐτοῖς γέγονεν ἐξηγητής.* ib. V, 6 (Opp. I, 580): *πρῶτον οὖν τῶν Ἰουδαίων θαυμάζειν ἄξιον, εἰ τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἐν τῷδε ἀγγέλους σέβουσι.* l. 35. 36. *σάββατον οὐκ ἄγουσι τὸ λεγόμενον πρῶτον.* cf. Luc. VI, 1 *ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ.* Judaeos seriores diem XV. mensis Nisani *μέγα σάββατον* appellasse docui in libro meo: Der Paschastreit der alten Kirche p. 149 sq. (cf. Zeitschrift für wiss. Theologie 1861. III. p. 289). idem dies etiam *πρῶτον σάββατον* appellabatur, quia inde ab eo septem illa sabbata usque ad diem pentecostes numerabantur, cf. Lev. XXIII, 15. plena luna celebrabatur. l. 36. 37. *οὐδέ* quater emendavi, *οὔτε* editum est. l. 37. *ἑορτήν* i. e. diem pentecostes, cf. Joseph. Ant. III, 10, 6: *τῇ πεντηκοστῇ, ἣν Ἑβραῖοι Ἀσαρθὰ* (עֲצֶרֶת) *καλοῦσι· σημαίνει δὲ τοῦτο πεντηκοστήν* ibid. *μεγάλην ἡμέραν* diem expiationis Grabius l. l. p. 329 et Crednerus l. l. p. 358 intellexerunt. sed hic dies paulo ante plenam lunam (X. mens. Tischri) celebrabatur. LXX interpretes Jes. I, 13 קְרֹא מִקְרָא verterunt: *μεγάλην ἡμέραν.* eosdem dies festos etiam hic intelligendos esse censui (Paschastreit p. 198 not. 6, cf. p. 149 not. 1). de hoc loco disseruit J. Bernaysius (Rhein. Museum 1864 p. 471).

p. 59, 1—7: *Ὥστε καὶ ὑμεῖς—Χριστιανοί.* Clemens. Alex. l. l. pergit: *εἶτα τὸν κολοφῶνα τοῦ ζητουμένου προσεπιφέρει Ὥστε καὶ ὑμεῖς κτλ.* l. 5—7. *νέαν ὑμῖν—Χριστιανοί* c. Grabio l. l. p. 65 Petri praedicationi vindicavi, quae Crednerus l. l. p. 352 iam Clementi Alexandrino tribuit. l. 7. *χριστιανοί.* Christianorum nomen in Clementis Recogn. et Homiliis nunquam reperitur praeter Recogn. IV, 20.

p. 58, 8. *Νόμος καὶ λόγος ὁ κύριος.* Clemens Alex. Strom. I, 29, 182 p. 427: *ἐν δὲ τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον τὸν κύριον προσαγορευόμενον.* II, 15, 68 p. 465: *ὁ Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι νόμον καὶ λόγον τὸν κύριον προσεῖπεν.* Excerpta ex propheticis §. 58 p. 1004: *νόμος καὶ λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι, καὶ ὁ προφήτης* (Jes. II, 3) *Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ.* Clemens Alex. ipse Strom. VII, 3, 16 p. 837: *ὁ πάντων ἡγεμὼν θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων βασιλεύς τε καὶ γεννήτωρ τῶν καλῶν νόμος ὢν ὄντως καὶ θεσμὸς καὶ λόγος αἰώνιος, ἰδίᾳ τε ἑκάστοις καὶ κοινῇ πᾶσιν εἷς ὢν ὁ σωτήρ.* ab hoc Petro Christus Christianorum lex praedicatur, ne ad iudaicam legem se convertant. idem iam *λόγος* divinus dicitur, quam doctrinam Petrus Clem. Hom. III, 7 damnavit: *ἡ δὲ εἰς αὐτὸν ἀσέβειά ἐστιν τὸ ἐν τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ ὄντα τελευτᾶν λέγοντα ἄλλον εἶναι θεόν, ἢ ὡς κρείττονα* (ita Gnostici) *ἢ ὡς ἥττονα* (haec erat illa doctrina) *ἢ ὅπως ποτε λέγοντα παρὰ τὸν ὄντως ὄντα.* cf. Hom. III, 37. XVI, 15 sq.

p. 59, 9—18: *Ἡμεῖς δὲ—γεγραμμένων εἰς αὐτόν.* Clemens Alex. Strom. VI, 15, 128 p. 804: *ὅθεν καὶ ὁ Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι περὶ τῶν ἀποστόλων λέγων φησὶν Ἡμεῖς δὲ κτλ.*

p. 59, 19. 20: *Ἔγνωμεν γὰρ—λέγομεν.* Clemens Alex. l. l. pergit: *καὶ μετ' ὀλίγα Ἔγνωμεν γὰρ κτλ.*

p. 59, 21. Gregorius Nazianz. epi. 16 (al. 20) ad Caesarium fratrem (Opp. ed. Colon. 1690. T. I. p. 778 C, ed. Paris. 1840. Vol. II. p. 19 D):

κάμνουσα ψυχὴ ἐγγύς ἐστι θεοῦ, φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος. cf. Hermae Past. Sim. VIII. p. 59, 3. 4 *κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν.*

p. 59, 22. 23. Oecumenius in comm. ad Jacob. V, 16 (Opp. II. p. 478): *καὶ γίνεται ἐν ἡμῖν τὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου Εἷς οἰκοδομῶν καὶ εἷς καθαιρῶν οὐδὲν ὠφέλησεν ἢ κόπους.*

p. 59, 24—29. *Τάλας ἐγὼ—μακροθυμίαν.* Joannis Dam. sacra parallela lit. *α.* tit. 12 (Opp. ed. Lequien II, 336 A): *τοῦ Πέτρου Τάλας ἐγὼ οὐδὲ ἐμνήσθην, ὅτι ὁ θεὸς νοῦν ὁρᾷ καὶ ψυχῆς ἐπιτηρεῖ φωνήν. συνεργῶν ὁ ἐχθρὸς πρὸς ἐμαυτὸν λέγει Ἐλεήμων ἐστὶν ὁ θεὸς καὶ ἀνέξεταί μου* (l. *σου*), *καὶ μὴ πληγεὶς παραχρῆμα οὐ* (l. *οὐκ*) *ἐπαυσάμην, ἀλλὰ μᾶλλον κατεφρόνησα συγγνώμης καὶ ἐδαπάνησα θεοῦ μακροθυμίαν.* Petrus se peccasse fatetur, quippe qui Dominum ter negaverit, cf. Matth. XXVI, 69 sq.

p. 59, 30—35. *Πλούσιός ἐστιν—πένης.* Joannes Dam. sacr. parall. l. *π*, tit. 8 (Opp. II, 475): *ἐκ τῆς διδασκαλίας Πέτρου Πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ πολλοὺς ἐλεῶν καὶ ὁ κατὰ θεοῦ μίμησιν ἐπιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν* (*παντάπασιν* editum est) *ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. σύνετε δὴ πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα ὧν αὐτοὶ χρῄζετε. μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα. αἰσχύνθητε κατέχοντες τὰ ἀλλότρια. μιμήσασθε ἰσότητα θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.* eadem fere Cotelerius (Patres app. I, 285) edidit e bibliotheca Claromontana: *ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου· Πλούσιος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πολλοὺς ἐλεῶν καὶ ὁ κατὰ θεοῦ μίμησιν ἐπιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει· θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. σύνετε δή, πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα ὧν αὐτοὶ χρῄζετε. μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα. αἰσχύνθητε κατέχοντες ἀλλότρια. μέμνησθε ἰσότητα θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.* (Gregoriis Nazianz. Orat. XVI (Opp. I, 254 D): *μὴ γενώμεθα κακοὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν οἰκονόμοι, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος Αἰσχύνθητε οἱ κατέχοντες τὰ ἀλλότρια καὶ μιμήσασθε ἰσότητα θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.* Nicetas (Gregor. Naz. opp. II, 672 A) adnotavit: *ἔστι δὲ ἡ χρῆσις ἐκ τῆς ὀκταβίβλου τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων* (in uno ms. *διδαγμάτων*), *ἣν ὕστερον ἡ ἕκτη σύνοδος ἀπεδοκίμασεν ὡς ἐπιβουλευθεῖσαν καὶ νοθητευθεῖσαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν.* sed Cotelerius et Grabius (spicil. I, 79) Nicetam falli censuerunt. Petri *κήρυγμα* etiam *διδασκαλία* appellata est. p. 59, 32. 33. *σύνετε δή, πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε.* Herm. Past. Sim. II. p. 81, 31 sq.: *ὅτι συνῆκεν ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτοῦ καὶ εἰργάσατο εἰς τὸν πένητα ἐκ τῶν δωρημάτων τοῦ κυρίου καὶ ἐτέλεσε τὴν διακονίαν τοῦ κυρίου ὀρθῶς* (cf. Sim. V, 3 p. 88, 6: *λειτουργία*). Act. XI, 29. Hebr. VI, 16 et Suiceri thesaur. eccles. s. v. *διακονία.* Cotelerius: „sed et Latini nomen Diaconiae ita usurparunt. Cassianus Collat. XVIII, 7: „cum diaconiam nostris fratribus deferemus“ similiterque Collat. XXI, 1. 8. 9. et Gregorius Papa lib. VIII. epi. 20. lib. IX. epi. 14, quem ultimum locum operae pretium fuerit conferre cum loco Johannis Diaconi lib. II de vita S. Gregorii c. 51, ut alter per alterum corrigatur. melius enim in Gregorio „mensis pauperum, et exhibendae diaconiae.“ ac vice versa rectius in Johanne „ad mensas pauperum, vel diaconiae exhibitionem.“ hinc diaconiae (quarum mentio passim) appellatae sunt aedes erogandis eleemosymis consecratae.“

p. 60, 1. 2: „*Petrus et Paulus postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi cogniti esse videbantur.*“ cf. quae ad p. 57, 2 notata sunt (p. 61). Acta Petri et Pauli c. 24. 25 p. 9 narraverunt, Petrum nuntiato Pauli adventu statim salutatum venisse: *ἰδόντες δὲ ἀλλήλους ἀπὸ τῆς χαρᾶς ἔκλαυσαν καὶ ἐπὶ πολὺ περιλαβόντες ἑαυτοὺς τοῖς δάκρυσιν ἀλλήλους κατέβρεχον. ὡς δὲ πάντων ὁ Παῦλος τῶν ἑαυτοῦ πράξεων τὸ ὕφος τῷ Πέτρῳ ἀπήγγειλεν, καὶ πῶς διὰ τῶν τοῦ πλοὸς κόπων παραγέγονεν, καὶ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ ποῖα ἔπασχεν ὑπὸ Σίμωνος τοῦ μάγου καὶ πάσας τὰς ἐνέδρας αὐτοῦ. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀνεχώρησεν πρὸς ἑσπέραν.* eorum quae Gal. II. Act. XV narrantur etiam hic nulla mentio fit.

p. 60, 3—10: *Λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους—τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.* Clemens Alex. Strom. VI, 5, 42. 43 p. 761 sq.: *δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος Λάβετε κτλ.* sequentia

perperam Clementi Alexandrino ipsi tribuit Cotelerius in iudicio de posteriore epistola S. Clementis (Patr. apostol. I, 182), rectius Petri praedicationi Beveregius (lib. I. codicis canonum apostolicorum vindicati c. 14, §. 7), Ittigius de haeresiarchis. append. p. 160, Grabius (spicileg. I. p. 66), Crednerus (Beiträge zur Einl. etc. I. p. 359 sq.) vindicaverunt. *πρὸς τῷ Πέτρου πηρύγματι* Cotelerius l. l., Fabricius (cod. apocr. N. T. I. p. 797) et Crednerus l. l. recte verterunt: „praeter Petri praedicationem", ei congruum. Grabius vertit: „in Petri praedicatione". p. 60, 4. *Σίβυλλαν.* cf. Clem. epi. I, 57 p. 61, 3 et quae ad h. l. adnotavimus (p. 90). Herm. Past. Vis. II, 4 p. 11, 18. p. 60, 5. *τὸν Ὑστάσπην.* Justinus martyr Apol. I, 20 p. 66: *καὶ Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλυσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν,* cf. Otton. ad h. l., ib. c. 44 p. 82: *θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων.* Lactant. institut. div. VII, 15. 18. Ammian.Marcellin. XXIII, 6. de Hystaspis libris cf. Fabricii biblioth. graecam ed. Harles. Tom. I. p. 108 et Lückii „Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes" ed. II. Vol. I. p. 237 sq.

p. 60, 11. 12. *Ὅλος — οὐχὶ τοῦ θεοῦ;* Clemens Alex. l. l. p. 762 pergit: *εἶτα ἐνὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῖν Ὅλος δὲ κτλ.*

p. 60, 13 — 16: „Paulus — aquam esse visum." Cyprianus qui dicitur de rebaptismate (Opp. Venet. 1728 p. 643): „est autem adulterini huius immo internecini baptismatis si quis alius auctor, tum etiam quidam ab iisdem ipsis haereticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur *Pauli* (Rigaltius sine causa mutare voluit: „Petri") *praedicatio*, in quo libro contra omnes scripturas et de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, et ad accipiendum Joannis baptisma paene invitum a matre sua Maria esse compulsum; item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum, quod in evangelio nullo est scriptum" (sequntur quae iam ad p. 57, 2 notata sunt: „et post tanta tempora" etc.). Petri (Paulique) praedicatio nihil peccavit, nisi quod Matth. hebr. III, 1 — 13. 14 — 17 secuta est.

p. 60, 17 — 28: „Petrus et Paulus — probatissimum Dei filium." Lactantius institut. divin. IV, 21: „sed et futura illis aperuit omnia, quae Petrus et Paulus Romae praedicaverunt, et ea praedicatio in memoriam scripta permansit, in qua cum alia mira tum etiam hoc" etc. Grabius (spicileg. I. p. 69. 75) temere suspicatus est, haec ex Apocalypsi Petri desumpta esse. l. 28. amatissum dedi, amantissimum edd.

haec fere e Petri (Paulique) praedicatione supersunt, qui liber post Hermae Pastorem, cuius notitiam p. 58, 14 — 19. 59, 33. animadvertimus, vel non ante medium fere seculum II. conscriptus non tantum ab haereticis, sed etiam a catholicis scriptoribus aestumabatur. ex illis hoc libro usus est Heracleon (cf. quae ad p. 58, 20 — 31 notata sunt), ex his fortasse iam epistula ad Diognetum c. 2 (cf. quae ad p. 58, 20 — 31 notata sunt) c. 3. 4 (cf. quae ad p. 58, 32 — 37 notata sunt), Dionysius Corinthius (cf. quae ad p. 57, 2 notata sunt) usi sunt. Clemens Alexandrinus hunc librum minime contempsit, sed saepius laudavit (Excerpta ex prophet. §. 58 p. 1004: *νόμος καὶ λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι*). Strom. I, 29, 182 p. 427: *ἐν δὲ τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον τὸν κύριον προσαγορευόμενον,* II, 15, 68 p. 465: *ὁ Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι νόμον καὶ λόγον τὸν κύριον προσεῖπεν* cf. p. 59, 8; VI, 5, 39 p. 759: *Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι λέγει Γινώσκετε οὖν κτλ.* VI, 7, 58 p. 769: *εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεός κτλ., ὁ Πέτρος γράφει κτλ.* cf. p. 58, 14 — 19. VI, 5, 40 p. 760: *αὐτὸς διασαφήσει Πέτρος ἐπιφέρων κτλ.* cf. p. 58, 20 — 31. VI, 5, 41 p. 760: (Petrus) *ἐποίσει πάλιν ὧδέ πως· Μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους κτλ.* cf. p. 58, 32 — 59, 7. VI, 5, 42. 43 p. 761 sq.: *δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος Λάβετε κτλ.* cf. p. 60, 3 — 12; VI. 5. 43 p. 762: *διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος εἰρηκέναι τὸν κύριον τοῖς ἀποστόλοις Ἐὰν μὲν οὖν τις κτλ.* cf. p. 58, 7 — 10. VI, 6, 48 p. 764 sq.: *αὐτίκα ἐν τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ κύριός φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν Ἐξελεξάμην ὑμᾶς κτλ.* cf. p. 57, 5—58, 6. ib. p. 765: *πάσαις δ' ἄνωθεν ταῖς ψυχαῖς εἴρηται ταῖς λογικαῖς Ὅσα ἐν ἀγνοίᾳ κτλ.* cf. p. 58,

11—13. VI, 15, 128 p. 804: *ὅθεν καὶ ὁ Πέτρος ἐν τῷ καρύγματι περὶ τῶν ἀποστόλων λέγων φησίν Ἡμεῖς δὲ κτλ.* cf. p. 59, 9—18. 19. 20. Origenes iam dubitavit, sitne Petri praedicatio adhibenda, eamque ab apostolo Petro conscriptam esse negavit, de princ. praef. c. 8 (Opp. I, 49): „Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi salvator videtur ad discipulos dicere: „Non sum daemonium incorporeum" (cf. p. 57, 4): primo respondendum est ei, quoniam ille liber inter ecclesiasticos non habetur, et ostendendum, quia neque Petri est ipsa scriptura, neque alterius cuiusdam, qui spiritu Dei fuerit inspiratus. quod etiamsi ipsum concederetur etc. sed idem Origenes in Joan. Tom. XIII, 17 (Opp. IV, 226) decernere noluit *περὶ τοῦ βιβλίου, πότερόν ποτε γνήσιόν ἐστιν ἢ νόθον ἢ μικτόν.* Eusebius HE. III, 3, 2 inter scripta Petro supposita etiam „praedicationem" recensuit: *τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ* (Petri) *πράξεων καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν οὐδ' ὅλως ἐν καθολικαῖς ἴσμεν παραδεδομένα, ὅτι μήτε ἀρχαίων μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.* quod iniquum iudicium iam Clementis Alexandrini frequenti huius libri usu refutatum repetitum est ab Hieronymo de vir. illustr. c. 1 (Opp. II, 227): „libri autem, e quibus unus Actorum eius (Petri) inscribitur, alius evangelii, tertius *Praedicationis*, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas repudiantur." cf. Nicephori Callisti HE. II, 46 (in Credneri libro: Geschichte des NTlichen Kanon p. 256). Cyprianus qui dicitur [1]) de rebaptismate p. 643 hunc librum tamquam ab haereticis confictum et multa absurda tradentem plane damnavit (cf. quae ad p. 57, 2. 60, 1. 2. 13—16 notata sunt). sed non dubitaverunt eodem libro uti Lactantius div. institut. IV, 21 p. 46, 15—25, Gregorius Nazianzenus Orat. XVI (Opp. I, 254: *ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος Αἰσχύνθητε κτλ.* cf. p. 59, 35. 36, epi. 16 (Opp. I, 778): *φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος*, cf. p. 59, 21; Joannes Damascenus sacr. parall. p. 336 A: *τοῦ Πέτρου Τάλας κτλ.* cf. p. 59, 24—29, ib. p. 475: *ἐκ τῆς διδασκαλίας Πέτρου Πλούσιός ἐστιν κτλ.* cf. p. 59, 30—36. Oecumenius ad Jac. V, 16 (Opp. II. p. 478): *καὶ γίνεται ἐν ἡμῖν τὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου Εἷς οἰκοδομῶν κτλ.* cf. p. 59, 22. 23.

Petri Paulique praedicatio non omni caruit auctoritate et ad Novum Testamentum extra canonem receptum vere pertinet. addenda sunt cognata Petri Paulique acta.

[1]) Crednerus (Beiträge zur Einl. I. p. 360) illis viris doctis assensum praebuit, qui Ursinum Afrum (circa a. 440) hunc tractatum scripsisse censuerunt. sed haec sententia minime certa est.

F. PETRI ET PAULI ACTA.

Eusebius HE. III, 3, 2 et Hieronymus de vir. illustr. c. 1 inter scripta Petro supposita etiam eius Acta (*πράξεις*) recensuerunt (cf. supra p. 67). Gelasii decretum de libris recipiendis c. VI, 5: „Actus nomine Petri apostoli apocryphum.“ mitius Eusebius HE. III, 3, 5 de Pauli actibus iudicavit: *οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ πράξεις ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα.* haec inter spuria, sed melioris notae, quae sunt *ἀντιλεγόμενα*, primo loco recensuit HE. III, 25, 4: *ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαί· ἔτι τε, ὡς ἔφην, ἡ Ἰωάννου ἀποκάλυψις, εἰ φανείη, ἥν τινες, ὡς ἔφην, ἀθετοῦσιν, ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς ὁμολογουμένοις. ἤδη δ' ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη.* haec Acta Pauli inter ipsos Novi Testamenti libros ultimos post Hermae Pastorem, ante Revelationem Petri recensuerunt versus scripturarum sanctarum codici Claromontano additi: „actus Pauli ver. $\overline{\text{III}}$DLX“ (versus 3560). extra libros sacros LX Anastasius Sinaita[1]) loco XIX recensuit *Παύλου πρᾶξις*.

[1]) apud Crednerum (Geschichte des NTlichen Kanon p. 241), J. B. Pitra, Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta, Tom. I. p. 100. Crednerus edidit *Παύλου πράξεις*.

Origenes hunc librum bis laudavit, sed etiam Petri acta Isidorus Pelusiota laudavit.

tota haec res difficillime diiudicatur. *Πέτρου πράξεις* etiam Clementis Recognitiones a Photio (bibl. cod. 112. 113) appellata sunt, quae huc non pertinent. *Παύλου* vero *πράξεις* poterant dici etiam illa „Acta Pauli et Theclae", de quibus Tertullianus de baptismo c. 17: „quod si qui Pauli perperam scripta legunt exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendique defendunt, sciant, in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse." de eodem libro Hieronymus de vir. illustr. c. 7 (Opp. II, 841): „igitur *περιόδους* Pauli et Theclae et totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus." Gelasius de libris recipiendis et non recipiendis c. VI, 22: „liber qui appellatur: Actus Theclae et Pauli, apocryphus." ad haec „Acta Pauli et Theclae", quae quamvis abbreviata graece supersunt,[1]) ea certe quae Origenes ex Actibus Pauli retulit vix referenda sunt. nam haec ad Petri Paulique facta extrema et ad Romanum martyrium spectant, illa ad Pauli fata et itinera Asiatica. sed supersunt etiam „Acta Petri et Pauli", quae utriusque apostoli martyrium Romanum enarrant.[2]) et ad haec alter quidem Origenis locus prope accessit. haec antiquiori fundamento minime carent et ex antiquioribus illis Petri et Pauli actibus nata esse videntur, quae aliqua fruebantur auctoritate. quae ex Petri Actis laudantur, omnino incerta sunt.

I. Isidorus Pelusiota lib. II. epi. 99 ad Aphrodisium[3]): *Οἱ μὲν οὖν ἀπόστολοι ἃ ἐχώρησαν ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο·*

[1]) in Grabii spicilegio ss. pp. I. p. 95—128 et in Tischendorfii Actis apostolorum apocryphis p. 40—63.

[2]) cf. quae ad Petri Paulique praedicationem p. 61 notata sunt.

[3]) apud Grabium l. l. p. 39, apud Fabricium l. l. II. p. 803 sq.

Ἃ ἐχωρήσαμεν, ἐγράψαμεν, ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν· ὁ γὰρ φιλοχρήματος. οὐκ ἐχώρησε τὸν τῆς ἀκτημοσύνης λόγον, οὐδὲ ὁ λάγνος τὸν περὶ σωφροσύνης, οὐχ ὁ πλεονέκτης τὸν περὶ δικαιοσύνης, οὐχ ὁ ὠμὸς τὸν περὶ φιλανθρωπίας, οὐχ ὁ θυμώδης τὸν περὶ πρᾳότητος.

l. 1. Ἃ ἐχωρήσαμεν ἐγράψαμεν. Grabius l. l. p. 38 sq.: „alia vero Acta apostolorum non ita malae notae (quam Ebionaeorum Acta) memorat Varadatus, seculi V. monachus, in epistola ad Leonem imperatorem (quae est ultima inter istas, quas de Concilio Chalcedonensi ad Caesaream Majestatem ex diversis mundi partibus scriptas habemus) Tom. IV. concil. Labbaei col. 978 D sequentibus verbis: „Sancti apostoli dum congregati essent in Jerusalem praeter Paulum apostolum, omnes simul librum Actuum conscripserunt propter fidem Domini Jesu Christi, et permanet in sanctis ecclesiis quod scripserunt.“ quibus verbis haud obscure indicat, in isto libro historiam rerum primis post ascensionem Domini annis gestarum enarratam eamque ipsis s. apostolis auctoribus adscriptam fuisse.“ haec igitur Acta apostolorum Grabius ab Isidoro laudari censuit. „equidem obiici posset, Isidorum verba illa non ex Actis apostolorum omnium a Varadato memoratis, sed ex alio libro Actuum Petri, cuius mentionem iniicit Eusebius HE. III, 3, adduxisse. verum primo incertum est, utrum acta Petri apud Eusebium diversa fuerint a prima parte libri a Varadato laudati, qui ab actibus Petri, tamquam primi apostoli, procul dubio incepit ac forte totus inde titulum Actorum Petri gessit. deinde posito, quod haud eadem fuerint acta ab Eusebio et Varadato memorata, Isidorum sane verba mox recitanda non ex singulis Actis Petri, sed omnium apostolorum citasse vero est simillimum, partim quia expresse praefatur, apostolos (pluraliter) scripsisse, quae ipsi ceperunt; partim quia verba Petri quae allegat in plurali numero concepta sunt, ac proinde ex tali libro desumpta videntur, ubi plurium apostolorum, non unius Petri, dicta et facta fuere recensita, vel in quo Petrus nomine omnium scripsit, ut saepe nomine omnium locutus est, indeque os apostolorum a quibusdam appellari meruit.“ contra Fabricius l. l.: „ex his verbis perspicue colligitur, locum praesentem petitum ex Actis Petri, de quibus Eusebius et Hieron., neque esse necessarium, cum clar. Grabio existimare, quod iste locus depromptus sit ex nescio quibus Actibus sub XII apostolorum nomine conscriptis. neque Varadato seculi V monacho hoc accredo, eiusmodi opus a XII apostolis esse compositum. — mihi quidem perverisimile videtur, per librum Actuum qui permanet in sanctis ecclesiis nullum alium a Varadato intelligi potuisse quam Acta apostolorum, quae habemus scriptore Luca, nisi forte speciatim respexit ad Acta synodi Hierosolymitanae, de quibus Lucas Act. XV, aut ad symbolum, quod ab apostolis compositum etiam alii ante Varadatum prodiderunt.“ equidem confero Constitt. app. VI, 14 p. 173 sq., ubi apostoli scribunt: ἅμα πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν κτλ.

illa Acta Petri plane omitto, quae Philastrius de haeres. c. 88 apud Manichaeos similesque haereticos memoravit, quae Innocentius I. in epi. 6 (3) ad Exsuperium a quodam Leucio, Photius (bibl. cod. 114) a Leucio Charino conscripta esse retulerunt, quamvis mihi quidem non constet, Isidorum Pelusiotam hoc libro

usum non esse. maioris momenti sunt Acta Pauli quae dicuntur.

II. a. Origenes de princ. I, 2, 3 (Opp. I, 54): „unde et recte mihi dictus videtur sermo ille, qui in actibus Pauli scriptus est, quia „*hic est verbum animal, vivens.*"

Grabius (in spicilegio I. p. 128) suspicatur, vel Origenem vitioso Actorum Pauli, vel Ruffinum malo Origenis exemplari usum, in graeco scriptum fuisse simplex *ζῶν*, non autem *ζῶον*, vel *ζῶον ζῶν*. videtur enim auctor Actorum Pauli respexisse sive transcripsisse verba apostoli in epi. ad Hebr. IV, 12 *ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ.*" sed recte Redepenningius ad h. l.: „paulo ante monuit Origenes, sapientiam Dei esse velut *animal* quoddam sapiens, et angeli definiebantur in ecclesia veteri: *ζῶα λογικά;* quin imo fragm. I, 1, 7 (de princ. I, 3, 4 p. 61) filius Dei, unus ex Seraphim *ζῶον* appellatur, neque desunt loci, in quibus Deus ipse vocetur *ζῶον*, cf. Semleri Einleitung zu Baumgarten's Polemik II. p. 167." equidem confero Petri praedication. p. 59, 8.

b. Eusebius HE. II, 25, 5—7: *Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν* (Neronem) *ἱστοροῦνται. καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις. οὐδὲν δ' ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνήρ, Γάϊος ὀνόματι, κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον, ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων, ἔνθα τῶν εἰρημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι· ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν.* III, 1, 2: *Πέτρος δὲ — — ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν.* Demonstr. ev. III, 3 p. 116: *καὶ Πέτρος δὲ ἐπὶ Ῥώμης κατὰ κεφαλῆς σταυροῦται, Παῦλός τε ἀνατέμνεται.* Petrus Alexandr. de poenitentia can. IX (in Routhii reliq. sacr. T. IV. p. 34, 12—19 et Lagardii reliquiis iur. eccl. ant. p. 68, 13—17): *οὕτως ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀτιμασθείς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυ-*

ρώθη. ὁμοίως καὶ ὁ περιβόητος Παῦλος πλεονάκις παραδοθεὶς καὶ ἕως θανάτου κινδυνεύσας, πολλά τε ἀθλήσας καὶ καυχησάμενος ἐν πολλοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπεκείρατο.

etiam Acta Petri et Pauli quae ad nos pervenerunt, c. 79 p. 34 tradiderunt, Neronem probasse Agrippae praefecti sententiam: *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, δίκαιόν ἐστιν ἀποτμηθῆναι τοῦ Παύλου τὴν κεφαλήν, τὸν δὲ Πέτρον ἐπὶ σταυροῦ ἀρθῆναι ὡς αἴτιον τοῦ φόνου* (Simonis magi). c. 80: *καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν ἐν τῇ Ὀστησίᾳ ὁδῷ.* c. 81 p. 35: *ὁ δὲ Πέτρος ἐλθὼν ἐπὶ τὸν σταυρὸν εἶπεν Ἐπειδὴ ὁ κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ὀρθῷ τῷ σταυρῷ ὑψώθη, ἐμὲ δὲ ὄντα ἀπὸ τῆς γῆς εἰς οὐρανὸν καλέσαι καταξιοῖ, ὁ σταυρός μου τὴν κεφαλὴν κατὰ γῆς ὀφείλει παγῆναι, ἵνα πρὸς τὸν οὐρανὸν κατευθύνει*[1] *τοὺς πόδας μου· οὐ γάρ εἰμι ἄξιος ὡς ὁ κύριός μου σταυρωθῆναι. τότε ἀντιστρέψαντες τὸν σταυρὸν προσήλωσαν τοὺς πόδας αὐτοῦ ἄνω.* c. 84 p. 37: *ἦραν τὸ σῶμα αὐτοῦ* (Petri) *λάθρα καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ὑπὸ τὴν τερέβινθον πλησίον τοῦ ναυμαχίου εἰς τόπον καλούμενον Βατικανόν.* iam Tertullianus de praescr. haer. c. 36: „Felix ecclesia (Romana) ubi totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Joannis (sc. baptistae) exitu coronatur.“ cf. Gnosticos scorp. c. 15, adv. Marcion. IV, 5, et quae Thilo ad Acta Petri et Pauli II. p. 23 notavit.

c. Origenes Tom. XX, 12 in Joan. (Opp. IV, 332): *εἴ τῳ δὲ φίλον παραδέξασθαι τὸ ἐν ταῖς Παύλου πράξεσιν ἀναγεγραμμένον ὡς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον Ἄνωθεν μέλλω σταυρωθῆναι.*

ἐν ταῖς Παύλου πράξεσιν. Perionius mutare voluit: *ἐν ταῖς Πέτρου πράξεσιν*, non adversante Grabio (spicileg. I. p. 80). sed nihil mutandum est. *Ἄνωθεν μέλλω σταυρωθῆναι.* haec Christi verba Acta Petri et Pauli c. 82 p. 36 confirmant. nam Petrus ad crucis supplicium damnatus narravit: *πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀνεχώρουν, καὶ ὑπήντησέ μοι ὁ κύριός μου Ἰησοῦς Χριστός, καὶ προσκυνήσας αὐτῷ εἶπον Κύριε, ποῦ πορεύῃ; καὶ εἶπέν μοι ὅτι ἐν Ῥώμῃ ἀπέρχομαι σταυρωθῆναι. ἐγὼ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν Κύριε, οὐκ ἐσταυρώθης ἅπαξ; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ κύριος εἶπεν Εἶδόν σε φεύγοντα τὸν θάνατον καὶ θέλω ὑπὲρ σοῦ σταυρωθῆναι. καὶ εἶπον Κύριε, ἐγὼ πορεύομαι, τὸ πρόσταγμά σου πληρῶ. καὶ εἴρηκέ μοι Μὴ φοβοῦ, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμί.* Thilo ad Acta Petri et Pauli II, 24 haec fere notavit: „post Origenem apparitionis Christi Petro factae ex iisdem, ut videtur, Actis meminit Ambrosius contra Auxentium de basilicis tradendis Tom. II. p. 867 ed. Bened.“ [Tom. V. p. 49 E ed. Colon. 1616: „Venio Romam iterum crucifigi“]. Hegesippus qui dicitur de bello iud. III, 2: „victus fletibus Petrus cessit, promisit se urbem egressurum. proxima nocte salutatis fratribus et celebrata oratione proficisci solus coepit. ubi ventum est ad portam, vidit sibi Christum occurrere et adorans eum dixit: „Domine quo venis?“ dicit ei Christus: „iterum venio crucifigi“ etc. Thilo pergit: His adde Gregorium M. (quem alii volunt esse Gregorium VII) expos. in Ps. poenit. IV, Pseudo-Abdiam Hist. apost. I, 19, Pseudo-Linum de pass. Petri p. 68, Ordericum Vitalem Hist. eccl. lib. II. p. 395 et Phila-

[1]) Thilo: *καὶ πρὸς τὸν οὐρ. κατευθῦναι.*

lethem Eusebianum in Rhapsodiis a Fried. Nausea editis in vitas, miracula passionesque apostolorum p. VII. conf. Xaverius in Historia Petri p. 78 et Baronius ad a. Chr. 69 num. VI sq.“

d. Clemens Alex. Strom. VII, 11, 63 p. 869: *φασὶ γοῦν τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ἀγομένην τὴν ἐπὶ θάνατον ἡσθῆναι μὲν τῆς κλήσεως χάριν καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς, ἐπιφωνῆσαι δὲ εὖ μάλα προτρεπτικῶς τε καὶ παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα Μέμνησο, ὦ αὕτη, τοῦ κυρίου.*

haec ad Acta vel Petri vel Pauli vel Petri et Pauli referendae videntur. eadem e Clemente Alexandrino laudavit Eusebius HE. III, 30, 2. l. 2. *αὑτοῦ* c. Clem. Al., *ἑαυτοῦ* Euseb. l. 2. 3. *γυναῖκα*. Petri uxorem memoraverunt Origenes in Matth. Tom. XV, 21 (Opp. III, 682 sq.), Epiphanius Haer. XXX, 22. Hieronymus epi. 18 (34) Opp. I, 795. l. 3. *θάνατον* c. Clem. Al., *θανάτῳ* Euseb. l. 4. *κλήσεως*. ad martyrium, cf. 2 Thess. I, 11 et quae de hoc loco disserui (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1862 p. 246). Anonymum contra Montanistas apud Euseb. HE. V, 16, 22: *οἱ ἐπὶ τὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες.* Eusebius ipse de martyribus Palaestinae (post HE. VIII) 11, 22: *τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον παραδόξης κλήσεως ἠξιώθη.* l. 6. *Μέμνησο, ὦ αὕτη* c. Euseb., *Μεμνήσθω αὐτῇ* Clem. Al. edd.

G. PETRI APOCALYPSIS.

Petri Apocalypsin inter ipsos Novi Testamenti libros recensuit fragmentum quod Muratorianum dicunt l. 71—73: „apocalapse etiam johanis et petri tantum recipimus quam quidam ex nostris legi in ecclesia nolunt.“ quae graece ita restitui: *Ἀποκαλύψεις δὲ Ἰωάννου καὶ Πέτρου μόνον ἀποδεχόμεθα, ἥν τινες τῶν ἡμετέρων ἀναγινώσκεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ οὐ θέλουσιν.* neque eam Clemens Alexandrinus praetermisit in illis Hypotyposibus, quibus in universam sacram scripturam commentatus est, *μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας (γραφὰς) παρελθών, τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν κτλ.* (Euseb. HE. VI, 14, 1). quae Clementis Alexandrini operibus adduntur „Eclogae ex propheticis“ duo certe huius libri fragmenta servaverunt. „versus scripturarum sanctarum“ codici Claromontano additi ultimo loco recensuerunt: „revelatio petri ver. CCLXX“ (i. e. versus 270). etiam Methodius Tyri episcopus (mortuus circa a. 312) Petri apocalypsin *ἐν θεοπνεύστοις γράμμασιν* laudasse videtur (Sympos. II, 6, cf. quae ad p. 57, 2—5 notata sunt). Eusebius HE. III, 3, 2 (cf. Hieronym. de vir. illustr. c. 1) Petri apocalypsin iam reprobavit, sed iniuste, quasi neque in catholicis ecclesiis recepta neque ab ullo veteri scriptore ecclesiastico laudata esset. ipse Eusebius HE. III, 25, 4 hunc librum inter *τὰ νόθα* melioris notae, quae sunt *ἀντιλεγόμενα*, recensuit. Hieronymus de vir. illustr. c. 1 (v. supra p. 67) iam inter apocryphas scripturas. sed Sozomenus HE. VII, 19 Petri

Apocalypsin quamvis spuriam in nonnullis Palaestinae ecclesiis semel quotannis die parasceues publice legi tradidit: *οὕτω γοῦν τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν Πέτρου ὡς νόθον παντελῶς πρὸς τῶν ἀρχαίων δοκιμασθεῖσαν ἔν τισιν ἐκκλησίαις τῆς Παλαιστίνης εἰσέτι νῦν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους ἀναγινωσκομένην ἔγνωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ παρασκευῆς, ἣν εὐλαβῶς ἄγαν ὁ λαὸς νηστεύει ἐπὶ ἀναμνήσει τοῦ σωτηρίου πάθους.*[1]) etiam codex Sinaiticus seculo VI inter Novi Testamenti libros post Barnabae epistulam, quae VII fere folia explevit, ante Hermae Pastorem sex illis foliis, quae exciderunt et Hermae Past. Vis. I, 1—Mand. II. p. 38, 11 adaequant, Petri apocalypsin dedisse videtur. index librorum sacrorum Anastasii Sinaitae Quaestionibus et responsionibus additus extra LX libros sacros XVI. loco recensuit *Πέτρου ἀποκάλυψιν*,[2]) Nicephori stichometria inter Novi Testamenti *τὰ ἀντιλεγόμενα* secundo loco (post Joannis apocalypsin): *Ἀποκάλυψις Πέτρου στίχοι τ'*, „Apocalypsis Petri versus CCC".[3])

quae huius Apocalypseos servatae sunt reliquiae, hae fere sunt:

Clemens Alex. ex scriptis propheticis eclog. §. 41 p. 999 sq.: *Ἡ γραφή φησι τὰ βρέφη τὰ ἐκτεθέντα τημελούχῳ παραδίδοσθαι ἀγγέλῳ, ὑφ' οὗ παιδεύεσθαί τε καὶ αὔξειν· καὶ ἔσονται, φησίν, ὡς οἱ ἑκατὸν ἐτῶν ἐνταῦθα πιστοί. διὸ καὶ ὁ Πέτρος ἐν τῇ ἀποκαλύψει φησί Καὶ ἀστραπὴ πυρὸς πηδῶσα ἀπὸ τῶν βρεφῶν ἐκείνων καὶ πλήσσουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν γυναικῶν· ἐπεὶ ὁ δίκαιος ὡς* Sap. III, 7.
σπινθὴρ διὰ καλάμης ἐκλάμπει καὶ κρινεῖ ἔθνη.

ib. §. 48. 49 p. 1000 sq.: *Αὐτίκα ὁ Πέτρος ἐν τῇ ἀποκαλύψει φησίν· τὰ βρέφη ἐξαμβλωθέντα τῆς ἀμείνονος ἐσόμενα μοίρας· ταῦτα ἀγγέλῳ τη-*

[1]) de huius diei momento cf. librum meum: Der Paschastreit der alten Kirche p. 306 not. 2.

[2]) cf. Credneri librum: Geschichte des NTlichen Kanon p. 241. Pitrae: iuris eccles. Graecorum histor. et morum. T. I. p. 100.

[3]) cf. Credneri libros: Zur Geschichte des Kanons p. 120, Geschichte des NTlichen Kanon p. 243.

μελούχῳ παραδίδοσθαι, ἵνα γνώσεως μεταλαβόντα τῆς ἀμείμονος τύχῃ μονῆς, παθόντα ἃ ἂν ἔπαθεν καὶ ἐν σώματι γενόμενα· τὰ δ' ἕτερα μόνης τῆς σωτηρίας τεύξεται ὡς ἠδικημένα ἐλεηθέντα, καὶ μένει ἄνευ κολάσεως, τοῦτο γέρας λαβόντα. (§. 49) *τὸ δὲ γάλα τῶν γυναικῶν ῥέον ἀπὸ τῶν μαστῶν καὶ πηγνύμενον, φησὶν ὁ Πέτρος ἐν τῇ ἀποκαλύψει, γεννήσει θηρία λεπτὰ σαρκοφάγα, καὶ ἀνατρέχοντα εἰς αὐτὰς κατεσθίει· διὰ τὰς ἁμαρτίας γίνεσθαι τὰς κολάσεις διδάσκων. ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν γεννᾶσθαι αὐτάς φησιν, ὡς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἐπειράσθη ὁ λαός, καὶ διὰ τὴν εἰς Χρι-*
1 Cor. X, 9. *στὸν ἀπιστίαν, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος ὑπὸ τῶν ὄφεων ἐδάκνοντο.*

p. 75, 2—5. *Ἡ γραφή—ἐνταῦθα πιστοί.* haec Grabius (spicileg. I. p. 74) non ad Petri apocalypsin, sed ad aliud apocryphum referre voluit, nam §. 48 p. 59, 9—13 eadem repeti (*ταῦτα ἀγγέλῳ τημελούχῳ—λάβοντα*), ut explicentur praecedentia Petri apocalypseos verba, haec autem in pravum detorqueri sensum. quae de differenti statu mortuorum infantum dicuntur, deliria esse Catholicorum doctrinae plane contraria, quae Petri apocalypseos auctori ne in mentem quidem venerint. procul dubio erravit vir clarissimus. nam quae §. 48 p. 59, 9—13 leguntur, illis, quae ex ipsa Petri apocalypsi praemissa sunt, optime congruunt et eodem referenda sunt. neque offendere debet, quod Clemens Alex. vel Theodotus, e cuius doctrina haec excerpta sunt, primo universae scripturae sententiam laudavit, tum accuratius Petri apocalypsin indicavit. non alium librum laudari iam voc. *ἐκείνων* l. 7 docet. ceterum cf. Methodii Sympos. II, 6 p. 16 ed. Jahn.: *ὅθεν δὴ καὶ τημελούχοις ἀγγέλοις, κἂν ἐκ μοιχείας ὦσι, τὰ ἀποτικτόμενα παραδίδοσθαι παρειλήφαμεν ἐν θεοπνεύστοις γράμμασιν.* p. 75, 3. *τημελούχῳ—ἀγγέλῳ.* cf. l. 12 et Apocalypsin Pauli ed. Tischdf. c. 16. 34 p. 46, 58: *ὁ ἄγγελος ὁ τεμελοῦχος.* p. 75, 11. 12: *τὰ βρέφη—μοίρας.* Grabius contulit Luc. XXIII, 29. l. 12. *ἐσόμενα μοίρας.* c. Herveto, qui Sylburgio non displicuit, *ἐσόμενα πείρας* edd., *ἐχόμενα μοίρας* coniecit Grabius. p. 76, 3: *τὰ δ' ἕτερα,* i. e. *τὰ βρέφη τὰ ἐκτεθέντα* p. 75, 2. p. 76, 10—14. *διὰ τὰς ἁμαρτίας—ἐδάκνοντο.* haec Theodotum et ex eo Clementem explicationis gratia addidisse asseruit Grabius l. l. p. 75, quamvis non sine dubitatione. sed *ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν γεννᾶσθαι τὰς κολάσεις* ipsam Petri apocalypsin docuisse constat (cf. l. 11 *φησίν*). reliqua dubia sunt. l. 12. *ἐπειράσθη* vel *ἐπειράθη* emendavi, *ἐπράθη* edd.

haec omnia Petri apocalypsin calamitates Christianis imminentes descripsisse docent (cf. p. 76, 2. 3) etiam plura scire desiderabant viri docti. Fabricius cod. apocr. NT. II. p. 941 sq.: „Sandius p. 6 nuclei ecclesiastici: „Multi scribunt“, inquit, „Coptos id est Aegyptios in ecclesiis suis uti libro quem vocant *secreta Petri.* an

vero secreta haec eadem sint cum Apocalypsi, mihi incompertum est." per *multos* illos Prateolum in elencho haeresium p. 138 et Bernardum de Lutzenburg Catalogi haeresium lib. 2 intelligit Sandius, scriptores exiguae fidei. neque scio, satisne certum sit, quod refert scriptor caetera praestantissimus neque ulla ratione cum his conferendus Elias du Pin, Coptos Apocalypsin Pauli etiamnum iactare. sane memoriae lapsu Paulum pro Petro nominasse suspicatur J. E. Grabe T. I. spicilegii p. 84. illa vero Petri apocalypsis (Revelatio b. Petri apostoli a discipulo eius Clemente in uno volumine redacta), ex qua Jacobus de Vitriaco seculi tertii decimi scriptor nonnulla latine protulit, ab eodem Grabio relata p. 76 sq. longe recentius commentum videtur quam apocalypsis Petri lecta Theodoto seculi II. haeretico; continuit enim inter alia divinationes de consummatione seu consumptione perfidae legis Agarenorum, et qualiter imminente et quasi in ianuis existente destructione paganorum." *arabicae* Petri apocalypseos notitiam tradidit Alexander Nicoll in catalogo mss. orientt. bibliothecae Bodleianae part. II. vol. 1. p. 49 sq. vol. 2. p. 504 sq. etiam alios huius apocalypseos longe serioris codices in Europae bibliothecis memoravit Assemani in Biblioth. orient. T. III. p. I. p. 282, cf. Thilon. prolegomena ad Acta Thomae p. LXXXIII.[1])

mihi quidem coniecturam proponere licet. Petri apocalypsin ad Romanae ecclesiae seculi II. fere exeuntis canonem pertinuisse, quamvis a nonnullis iam addubitatam, fragmentum quod dicunt Muratorianum tradidit. Hippolytus autem de Christo et Antichristo c. 15 (ed. Lagard. p. 8, 8—13) e libro prophetico Antichristum adventurum ita descripsit: *λέγει δὲ καὶ ἕτερος προφήτης Συνάξει πᾶσαν δύναμιν αὐτοῦ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν καὶ ἄχρις ἡλίου δυσμῶν· οὓς κεκλήκοι καὶ οὓς οὐ*

[1]) Apocalypsis Petri apostoli per Clementem arabice exstat in cod. arab. Vat. 157. 170 et in cod. Beroeensi arab. 1. 13.

κεκλήκοι, πορευθήσονται μετ' αὐτοῦ. λευκανεῖ τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῶν ἱστίων τῶν πλοίων καὶ μελανεῖ τὸ πέδιον ἀπὸ τῶν θυρεῶν τῶν ὅπλων· καὶ πᾶς ὃς ἂν συναντήσῃ αὐτῷ ἐν πολέμῳ, μαχαίρᾳ πεσεῖται. eadem ex parte repetuntur c. 54 p. 28, 3—7: *ὡς λέγει ὁ προφήτης Συνάξει πᾶσαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἄχρι δυσμῶν· οὓς κεκλήκοι καὶ οὓς οὐ κεκλήκοι πορεύσονται μετ' αὐτοῦ.* haec mihi e Petri apocalypsi reddita esse videntur. si eodem referamus etiam c. 65 p. 35, 1. 2: *ὁ δὲ προφήτης λέγει Ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἐξεγέρθητι ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός*[1]), haec apocalypsis epistula ad Ephesios (cf. V, 14) antiquior existimanda est.

[1]) Franc. Cam. Overbeck (Quaestionum Hippolytearum specimen, Jenae 1864 p. 45 not.), qui haec apocrypha oracula apud Hippolytum animadvertit, ultimum ad Paulum referri vetuit.

H. DOCTRINAE APOSTOLORUM.

Τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαὶ ab Eusebio HE. III, 25, 4 *ἐν τοῖς νόθοις* Novi Testamenti, melioris quidem notae, quae sunt *ἀντιλεγόμενα*, recensentur. apud Athanasium (epi. fest. 39) inter scripta *οὐ κανονιζόμενα μέν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον* recensentur *Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων* ante Hermae Pastorem. in Athanasii quae fertur synopsi scr. s. Novi Testamenti *ἀντιλεγόμενον* refertur *Διδαχὴ ἀποστόλων*. Epiphanius Haer. LXX, 7: *φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία* (cf. Constitt. app. I, 3 p. 4, 24 sq.). in indice Anastasii Sinaitae Quaestionibus et responsionibus addito extra LX libros sacros recensentur XVII: *Περίοδοι καὶ Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων*, XXI. *Διδασκαλία Κλήμεντος*. XXII. *Ἰγνατίου διδασκαλία*, XXIII. *Πολυκάρπου διδασκαλία*.

Didascalia apostolorum, quae quamvis a nostris Constitutionibus apostolorum valde discrepans earum primis sex libris respondet, syriace edita est ab A. P. de Lagardio (Lips. 1855). etiam versiones arabica et aethiopica non ita discedentes Constitutionum app. libros VII. VIII ignorant. ipsae Constitutiones apostolorum graecae in prooemio p. 1, 17 *διδασκαλίαν ἱεράν* indicunt et in fine antiquiori (VI, 14 p. 173, 14 sq.) apostolos scripsisse ferunt: *ἅμα πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν κτλ.* c. 18 p. 108, 2—4: *καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις*

καὶ λοιποῖς ἱερεῦσιν τήνδε τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν.[1]) eum titulum quo hi libri graece ad nos pervenerunt (*Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων*) primus tradidit Epiphanius, qui saepius *τὰς τῶν ἀποστόλων διατάξεις* laudavit,[2]) quamvis illi recensioni, quae nobis servata est, non prorsus congruas. Maximus confessor sec. VII. iam ex Octateucho Clementino laudavit Constitutt. app. III, 17 p. 111, 3—6: *ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων* (schol. in Dionysii Areopag. de eccles. hierarchia c. 2, Opp. Dionys. ed. Janssen et Corder. ed. II. Vol. II. p. 66), VII, 46 p. 228, 24. 25: *κατὰ τὸ φερόμενον ἐν ἑβδόμῳ βιβλίῳ τῶν ἀποστολικῶν διαταγμάτων* (prolog. ad opera Dionysii p. 3 A), *καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν ἀποστόλων γέγραπται διαταγαῖς* (schol. ad Dionysii epi. VIII. p. 317). sed praeter orthodoxam Constitutionum apostolicarum recensionem etiam heterodoxam notavit concilium Trullanum a. 691. 692, oecumenicum sextum,[3]) neque orthodoxa recensio Photio valde placuit.[4])

[1]) Constitutionum app. libros I—VI *διδασκαλίας* nomine primum solos editos esse, antequam libri VII. VIII iis adderentur, demonstravit Bickellius (Geschichte des Kirchenrechts I, 1 p. 146 sq.) e versionibus orientalibus. cf. etiam Guil. Ueltzenii editionem Constitutionum app. (Suerini et Rostochii 1853) de huius libri titulis.

[2]) Haer. XLV, 4. LXX, 10. LXXV, 6. LXXX, 7. Epiphanius Haer. LXX, 10: *εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον. πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, οὔτε τῆς ὁμολογίας, οὔτε τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως καὶ κανόνος καὶ πίστεως.*

[3]) can. 2 (in Mansi collectione XI p. 939, in Credneri libro: Geschichte des NTlichen Kanon p. 245 sq.): *ἔδοξε καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα· ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοηκονταπέντε κανόνας· ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται δέχεσθαι ἡμᾶς τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷστισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς ἐκκλησίας* (var. l. *εὐσεβείας*) *παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα. τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν· οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες.*

[4]) Bibl. cod. 112. 113: *Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν*

Lagardius,[1]) sagacissimus huius rei investigator, communem virorum doctorum fere omnium nunc invaluisse dixit opinionem, Constitutiones apostolicas seculo tertio clam succrevisse, et quum sex aliquando libris absolutae fuissent, septimo et octavo auctas esse postea. ipse Lagardius Didascaliam syriace conservatam primitivam huius operis recensionem existimavit, nullis posterioris aetatis ampullis distentam, quam Pseudo-Clementi Homiliarum iam notam[2]) secundo seculo vindicare voluit. arabica vero et aethiopica versiones, quae et ipsae libros VII et VIII non exhibent, sed a graecis editionibus vix unquam longius recedunt, Lagardio demonstrare videntur, hos libros adiectos non fuisse nisi opere iam corrupto. equidem et ipse syriacam Didascaliam ad huius operis primitivam formam propius accedere existimo,[3]) sed eandem nunquam mutatam continere valde dubito. Didascaliae apostolicae radicem et originem et ipse iam ad secundum seculum revocavi, sed non qualis syriace exstat. neque in Homiliis, sed in Recognitionibus Pseudo-Clementis antiquissimum talis libri testimonium inveni (apostol. Väter p. 302 sq.).

redeundum est ad Judaismi christiani defensores seculi II. ineuntis. nam Petri *περιόδους*, ubi gentilibus mandatur, „ut nulli doctorum credatis, nisi qui Jacobi fratris Domini ex Hierusalem detulerit testimonium, vel

ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. — — αἱ δέ γε Διαταγαὶ τρίσι μόνοις δοκοῦσιν ἐνέχεσθαι, κακοπλαστίᾳ, ἣν οὐ χαλεπὸν ἀποσκευάσασθαι, καὶ ὅτι κατὰ τοῦ Δευτερονομίου ὕβρεις τινὰς ἐπαφίησιν, ἃ καὶ ῥᾷστον διαλύσασθαι, καὶ ἔτι Ἀρειανισμῷ, ὅπερ ἄν τις καὶ βιαίως διακρούσαιτο. ἡ μέντοι γε τῶν τοῦ Πέτρου πράξεων βίβλος τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ συντόνῳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου καὶ πολυμαθείᾳ τοσοῦτον ἔχει πρὸς τὰς Διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίσει τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλεσθαι τὰς βίβλους.

[1]) Reliquiae iuris ecclesiastici antiquissimae, Lips. 1856. praefat. p. IV sq.

[2]) Clementina ed. Paul de Lagarde, Lips. 1865. p. (31).

[3]) Constitutiones apostolicae, quae graece ad nos pervenerunt, etiam in illis sex libris primariis *Διδαχὴν τῶν ἀποστόλων*, quam Athanasius catechumenis praelectam esse dixit, non repraetentant. nam in libro II plurima ad hierarchiam episcoporum eorumque officia spectant, cuius generis est liber VIII.

eius quicunque post ipsum fuerit“ (Recogn. IV, 35), ante a. 135 scriptas esse constat, quum post alterum bellum iudaicum hebraei ecclesiae Hierosolymitanae episcopi, Jacobi successores circumcisi, desierunt, gentilium vero ecclesia ibi condita est.[1]) hae autem *περίοδοι*, quae XII apostolorum autoritatem contra Paulum defendunt, iam memoraverunt tres mandatorum apostolicorum gradus, quae gentiles observare iubentur.[2]) primi gradus XXX mandata, secundi LX, tertii C memoria conservari non poterant, sed scripta erant. ipsi vero tres gradus plane respondent antiquiori consuetudini Essaeorum,[3]) quos Didascalia apostolorum inter omnes iudaicas haereses solos *τὰ πάτρια* observasse dixit (Constt. app. VI, 6 p. 162, 12. 13). in eadem Didascalia gentium ecclesiae leges scribuntur ab apostolis et presbyteris, qui iudaicae ecclesiae praesunt.[4]) ibidem iudaicae ecclesiae sententias primitivas etiam nunc recognoscimus.[5]) profecto iam secundo

[1]) cf. Euseb. Chron. ad a. 136. 137: „bellum Judaicum, quod in Palaestina gerebatur, finem accepit, Judaeorum rebus penitus oppressis. ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata est, primum nutu Dei, sicut prophetae vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus. Hierosolymae primus ex gentibus constituitur episcopus Marcus, annis XVI, cessantibus his, qui ex circumcisione fuerant.“ HE. IV, 5. Sulpic. Sever. Hist. sacr. II, 31.

[2]) Clem. Recogn. IV, 36: „caussae autem, quibus maculetur istud indumentum [baptismi], hae sunt: si quis recedat a patre et conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem praeter Christum, qui est solus fidelis ac verus propheta, quique nos XII apostolos misit ad praedicandum verbum, et si quis de substantia divinitatis, quae cuncta praecellit, aliter quam dignum est sentiat, haec sunt quae usque ad mortem baptismi polluunt indumentum. quae vero in actibus polluunt, ista sunt: homicidia, adulteria, odia, avaritia, cupiditas mala. quae autem animam simul et corpus polluunt, ista sunt: participare daemonum mensae, hoc est immolata degustare vel sanguinem vel morticinium, quod est suffocatum, et si quid aliud est, quod daemonibus oblatum est. hic vero vobis sit primus gradus ex tribus, qui gradus XXX ex se gignit mandata, secundus vero qui LX, tertius qui C, sicut alias vobis de his plenius exponemus.“

[3]) cf. Joseph. bell. iud. II, 8, 7 et quae hac de re exposui in libro meo: die jüdische Apokalyptik p. 258 sq.

[4]) Constitt. app. incipiunt: *Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.* fortasse etiam XXX primi gradus mandatorum numerus recognoscitur in versione Thebana, secundum quam Lagardius (reliq. iuris eccl. ant. p. 74—79) etiam Canonum apostolicorum compendium infra edendum (Petri iudicium) disposuit, cf. eiusdem Prolegg. p. IX. XI.

[5]) cf. librum meum: Die apostol. Väter p. 304 sq.

seculo Didascaliae apostolicae fundamentum conditum est, quamvis Clementinarum Homiliarum testimonium valde dubium videatur,[1]) Irenaei testimonium suppositum sit.[2])

Irenaei fragmentum II. Pfaffianum.

Οἱ ταῖς δευτέραις τῶν ἀποστόλων διατάξεσι παρηκολουθηκότες ἴσασι τὸν κύριον νέαν προσφορὰν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ καθεστηκέναι κατὰ τὸ Μαλαχίου τοῦ προφήτου Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν Mal. I, 11. *τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά, ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ ἀποκαλύψει λέγει* Apoc. V, 8. *Τὰ θυμιάματά εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων. καὶ ὁ Παῦλος παρακαλεῖ ἡμᾶς παραστῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν* Rom. XII, 1. *θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ἡμῶν· καὶ πάλιν Ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέ-* Hebr. XIII, 15. *σεως, τουτέστι καρπὸν χειλέων. αὗται μὲν αἱ προσφοραὶ οὐ κατὰ τὸν νόμον εἰσίν, οὗ τὸ χειρόγραφον ἐξαλείψας* Col. II, 14. *ὁ κύριος ἐκ τοῦ μέσου ἦρκεν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα· ἐν* Joan. IV, 24. *πνεύματι γὰρ καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν τὸν θεόν. διότι καὶ ἡ προσφορὰ τῆς εὐχαριστίας οὐκ ἔστι σαρκική, ἀλλὰ πνευματικὴ καὶ ἐν τούτῳ καθαρά. προσφέρομεν γὰρ τῷ θεῷ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον τῆς*

[1]) Lagardius in Clementinorum editione ipsum Didascaliae titulum animadvertit Hom. XI, 33 p. 132, 18. 19 et ad Constt. app. I, 1 p. 3, 1 sq. revocavit Clem. Hom. II, 6 p. 23, 18. 19. VI, 4 p. 82, 36 sq. XI, 4 p. 109, 14. 15. c. 5 p. 109, 23. XI, 33 p. 132, 16—19, ad Constt. app. VI, 28 p. 192, 5 sq. retulit Clem. epi. ad Jac. c. 8 p. 8, 29. 30: *πορνείας δὲ εἴδη πολλά, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται.* equidem malim huc referre Athenagor. legat. pro Christ. c. 31 p. 36: *πάλιν ἡμῖν λέγοντος τοῦ λόγου Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ, ὅτι ἤρεσεν αὐτῷ· καὶ ἐπιφέροντος Οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα δεῖ, ὡς, εἴπου μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραθολωθείη, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς*, cf. Constitutt. app. II, 57 p. 87, 13—16· VIII, 11 p. 247, 28. 29. ceterum ad Constt. app. I, 1 p. 3, 1 sq. confero Clem. Recogn. VIII, 56.

[2]) cf. Irenaei opp. ed. Stieren. I. p. 854 sq., ed. Wigan Harvey II. p. 500 sq.

εὐλογίας εὐχαριστοῦντες αὐτῷ, ὅτι τῇ γῇ ἐκέλευσεν ἐκφῦσαι τοὺς καρποὺς τούτους εἰς τροφὴν ἡμετέραν, καὶ ἐνταῦθα τὴν προσφορὰν τελέσαντες ἐκκαλοῦμεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπως ἀποφήνῃ τὴν θυσίαν ταύτην καὶ τὸν ἄρτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ ποτήριον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἵνα οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν ἀντιτύπων τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίου τύχωσιν. οἱ οὖν ταύτας τὰς προσφορὰς ἐν τῇ ἀναμνήσει τοῦ κυρίου ἄγοντες οὐ τοῖς τῶν Ἰουδαίων δόγμασι προσέρχονται, ἀλλὰ πνευματικῶς λειτουργοῦντες τῆς σοφίας υἱοὶ κληθήσονται.

p. 83, 1: *ταῖς δευτέραις τῶν ἀποστόλων διατάξεσι.* Constitutiones apostolicas hic iam Scipio Maffei recte intellexit, cf. etiam H. Thierschii commentationem: Die Lehre des Irenäus von der Eucharistie, Zeitschrift für die gesammte lutherische Theologie und Kirche 1841. IV. p. 78 sq. priores apostolorum *διατάξεις* ipsam scripturam sacram esse, tertium Pfaffii fragmentum docet: *ἔταξαν οἱ ἀπόστολοι μὴ δεῖναι ἡμᾶς κρίνειν τινὰ ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει καὶ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων*, cf. Col. II, 16. Didascaliam autem apostolorum quemquam ante Epiphanium ita appellasse nescimus, cf. Geo. Edu. Steitzii commentationem: Die Abendmahlslehre der griech. Kirche in ihrer geschichtl. Entwickelung, Jahrb. für deutsche Theologie 1865. III. p. 410 sq.

p. 83, 11. 12: *Ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως, τουτέστι καρπὸν χειλέων*, epistula ad Hebr. (XIII, 15) tamquam Pauli laudatur. sed Irenaeum Paulo hanc epistulam abiudicasse retulit Stephanus Gobarus apud Photium bibl. cod. 232.

p. 83, 12—15. *αὗται μὲν αἱ προσφοραὶ—τὸν θεόν.* Constitutt. app. II, 25 p. 54, 1—5: *αἱ τότε θυσίαι νῦν εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ καὶ δεκάται καὶ ἀφαιρέματα καὶ δῶρα νῦν προσφοραὶ αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος.* l. 14. *ἦρκεν* c. Pfaffio, *ἦρεν* Harv.

p. 83, 17—84, 8. *προσφέρομεν γὰρ—τύχωσιν.* Constitutt. app. VIII, 12 p. 256, 6—8: *προσφέρομέν σοι τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, εὐχαριστοῦντές σοι δι᾽ αὐτοῦ ἐφ᾽ οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἑστάναι ἐνώπιόν σου καὶ ἱερατεύειν σοι· καὶ ἀξιοῦμέν σε ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προσκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνενδεὴς θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, ἵνα οἱ μεταλαβόντες αὐτοῦ βεβαιωθῶσι πρὸς εὐσέβειαν, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων τύχωσι.* Basilii liturgia (cf. Bunsenii Hippolyt. II. p. 555): *προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου σοῦ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμεν — — ἐλθεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα.* Chrysostomi liturgia: *ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην καὶ ἀναίμακτον λατρείαν καὶ παρακαλοῦμεν καὶ δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν· κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα.* etiam plura contulit Harvey ad h. l.

p. 84, 1. 2: *ὅτι τῇ γῇ—ἡμετέραν.* Constt. app. VIII, 40 p. 274, 11—13: *κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς ἐκφῦσαι καρποὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν ἡμετέραν.*

p. 84, 6. 7: *τούτων τῶν ἀντιτύπων.* haec seriorem origenem produnt. cf. Constitt. app. V, 14 p. 142, 21. 22 *τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος.* VI, 30 p. 195, 3. 4 *τὴν ἀντίτυπον τοῦ βασιλείου σώματος τοῦ Χριστοῦ δεκτὴν εὐχαριστίαν.* VII, 25 p. 208, 27 *ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦντες.*

tertio demum seculo Didascalia apostolica in eam fere formam redacta esse videtur, quam Eusebius et Athanasius noverunt. quam recensionem a nostris Constitutionibus apostolicis valde diversam fuisse antiquissima docent testimonia, praecipue Epiphanii. ea autem etiam a syriaca Didascalia quamvis cognata saepius discedunt.

Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων.

Prooem. p. 1, 5. 6: *Φυτεία θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.*

I, 3 p. 4, 21—5, 15: *μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν, τρίχας γενείου, μηδὲ ἑταιρισμῷ κατακοσμεῖσθαι, μηδὲ ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν.*

II. circa c. 39 sq.: Si quis frater deliquit in ecclesia et non paret legi: hic non colligatur, donec poenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et impediatur oratio vestra.

V, 13—20. p. 114, 13—156, 2. Didasc. ap. syr. c. 21 p. 86—95.

a. (*παρατηρεῖται δὲ ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα τὴν ὡρισμένην καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ διατάξει ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου*).

b. (*οἱ ἀπόστολοι ἐν τῇ διατάξει ὡρίζοντο*) *τετράδα καὶ προσάββατον νηστεύειν διὰ παντός, χωρὶς πεντηκοστῆς, καὶ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα παρήγγειλαν*

μηδὲν ὅλως λαμβάνειν ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος, τὴν δὲ ἡμέραν ἄγειν καὶ ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν κυριακήν.

c. *ὅταν ἐκεῖνοι* (Judaei) *εὐωχῶνται, ὑμεῖς νη-στεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν, καὶ ὅταν αὐτοὶ πεν-*
Ex. XII, 8. *θῶσι τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε.*

d. (*τὴν δὲ ἡμέραν τοῦ πάσχα*) *ὑμεῖς μὴ ψηφίζετε, ἀλλὰ ποιεῖτε· ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε, κἄν τε πλανηθῶσι, μηδὲν ὑμῖν μελέτω.*

e. *τὴν ἀγρυπνίαν* (*φέρετε*) *μεσαζόντων τῶν ἀζύμων.*

f. (*συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαί εἰσιν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τετράδι καὶ προσαββάτῳ καὶ κυριακῇ. τετράδι δὲ καὶ προσαββάτῳ ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης, ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ κύριος καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐσταυρώθη, καὶ ἐπέδωκαν οἱ ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι.*)

g. *ὁ κακῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν κυριακῇ ἐπικατάρατός ἐστι τῷ θεῷ.*

p. 85, 1. *Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων* c. Athan., *Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων* Euseb. et Pseudo-Cyprianus, *Διδασκαλία* Epiphan. Haer. LXXX, 7, alibi *Διάταξις* vel *Διατάξεις τῶν ἀποστόλων.*

l. 2—3. *Φυτεία — ἐκκλησία.* Epiphanius Haer. XLV, 4: *ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν ἐν τῇ καλουμένῃ ὅτι φυτεία κτλ.* quae neque a graeco textu neque a syr. Didasc. discedunt.

l. 4—7. *μὴ φθείρειν — ἔχειν.* Epiphanius Haer. LXXX, 7: *καὶ περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία μὴ φθείρειν.* comparatis Constt. app. et. syr. Didasc., cuius cap. 21 Adalb. Merx. mihi vernacule reddidit, nullum discrimen animadvertitur.

l. 8—11. Si quis — oratio vestra. Pseudo-Cyprianus de aleatoribus (Cypriani opp. ed. Venet. append. p. XVIII: „et in doctrinis apostolorum: Si quis" etc. quae si accuratius reddita sunt, textum exhibent a graecis Constt. et a syriaca Didasc. diversum.

V, 13—20. p. 85, 12—p. 86, 21. sequuntur fragmenta Constitutionum apostolicarum, quae iam collegit, sed non disposuit Grabius (spicileg. I. p. 46—53). Constitutiones apostolicae iam mixtae erant. nam fragmenta a. b. catholicam paschatis observationem ad certam hebdomadem directam, fragmenta c. d. e. Asiaticam quartae decimae observationem commendant, cf. librum meum: Der Paschastreit der alten Kirche p. 378 sq. eodem fere modo etiam Didascalia apostolorum syriaca iam mixta est, etiam Constitutiones app. graecae hic illic antiquiorem consuetudinem commendant.

a. l. 13—17. (*παρατηρεῖται — προβάτου*) Epiphanius Haer. LXX, 12. ita catholica certae hebdomadis a die lunae (*ἀπὸ δευτέρας σαββάτων*) in-

cipientis observantia defenditur, et haec dies tamquam *ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου* vel X. m. Nisan. (Exod. XII, 3) commendatur. Didascalia syr. c. 21 p. 89: „Darum wird der Sonntag nicht in die Zahl der Tage der Passions-Fasten eingerechnet, sondern sie werden gezählt vom Montag an, und es sind fünf Tage. Das vierte Fasten also und das fünfte Fasten und das siebente Fasten und das zehnte Fasten soll sein für die Israeliten. Vom Montag also sollt ihr fasten sechs Tage vollständig bis zur Nacht nach dem Sabbat, und das soll euch gerechnet werden als Woche. Das zehnte aber, weil der erste Buchstabe meines Namens י ist, an welchem die Erneuerung der Fasten ist, nicht aber ist es nach der Sitte des alten Volks, sondern nach dem neuen Bunde, welchen ich euch gegeben habe“ etc. p. 93 cf. quae ad nr. b. p. 85, 18—86, 3 notabimus. aliam quoque hebdomadem diebus azymorum respondentem graecae Constitutiones app. conservarunt, quamvis ad catholicam observantiam redactae V, 13 p. 141, 11—16: *ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη* (sc. *τῆς τεσσαρακοστῆς*) *πρὸ τῆς νηστείας τοῦ πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς παρασκευήν· μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν πάντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου, προσευχόμενοι ἐν αὐταῖς περὶ τῶν ἀπολλυμένων.* c. 18 p. 149, 18—20: *ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν τοῦ πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς καὶ σαββάτου.* l. 16. *ὑπ'* emendavi, *ἀπ'* edd.

b. p. 85, 18—86, 3. *ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις — ἐπιφώσκουσαν κυριακήν.* Epiphanius Haer. LXXV, 6: *εἰ δὲ καὶ χρὴ τὸ τῆς διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὡρίζοντο τετράδα καὶ προσάββατον νηστείαν* (l. *νηστεύειν*) *διὰ παντός, χωρὶς πεντηκοστῆς; καὶ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος, ποίαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν κυριακήν, φανερόν ἐστι.* ibid. p. 361, 16—20 Epiphanius pergit: *εἶτα δὲ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τετράδων καὶ προσαββάτων οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν τῇ διατάξει ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἐκ πανταχόθεν εἴχομεν ἀποδεῖξαι· ὅμως περὶ τούτου ἀκριβῶς γράφουσι.* etiam haec catholicam hebdomadis paschalis consuetudinem commendant. nam sex dies ieiunii sequente die dominica finiuntur, vel *αἱ ἓξ ἡμέραι τοῦ πάσχα* ipsam hebdomadem catholicam efficiunt. Audiani quidem cognato certe libro usi, cum Judaeis d. XIV mensis Nisani Pascha celebrabant, cf. Epiphan. Haer. LXX, 9: *μετὰ γὰρ Ἰουδαίων βούλονται τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν· τουτέστιν ᾧ καιρῷ οἱ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὰ παρ' αὐτοῖς ἄζυμα, τότε αὐτοὶ φιλονεικοῦσι τὸ πάσχα ἄγειν.* Didascalia syr. p. 89: „Ihr aber sollt immerwährend fasten an diesen Tagen zu jeder Zeit, und vorzüglich diejenigen, welche von den Heiden sind.“ p. 93: „Darum sollt ihr vom zehnten an, der der Montag ist, in den Tagen des Pascha fasten und sollt ausharren bei Brod und Salz und Wasser allein um die neunte Stunde bis zum Donnerstag. Am Freitag aber und am Sonnabend sollt ihr gänzlich fasten und gar nichts geniessen. Ihr sollt zusammen versammelt sein und sollt wachen und munter sein die ganze Nacht unter Gebet und Bitten und unter Vorlesung der Propheten, des Evangelium und der Psalmen in Furcht und Zittern und eifriger Litanei bis um die dritte Stunde der Nacht nach dem Sabbat, und alsdann löst eure Fasten.“ Constitutt. app. V, 15 p. 145, 14—146, 4: *παρήγγειλεν οὖν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων δυσσέβειαν καὶ παρανομίαν, πενθεῖν αὐτοὺς καὶ ὀδύρεσθαι παρακελευσάμενος ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπεδάκρυσεν, ἀγνοήσασι τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτῶν. τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν, τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος· ἀπονηστεῦσαι δὲ προσέταξε τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἀλέκτορος φωνήσαντος. αὐτὸ δὲ νηστεῦσαι τὸ σάββατον, οὐχ ὅτι δεῖ τὸ σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἔτι ἐν αὐτῷ ὑπὸ γῆν ὄντος.* c. 18 p. 149, 18—150, 1: *ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν τοῦ πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς καὶ σαββάτου, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ καὶ ἅλατι καὶ λαχάνοις καὶ ποτῷ ὕδατι, οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις· ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, ἀλλ' οὐχ ἑορτῆς. τὴν μέντοι παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον ὁλό-*

κληρον νηστεύσατε, οἷς δύναμις πρόσεστι τοιαύτη, μηδενὸς γενόμενοι μέχρις ἀλεκτροφωνίας νυκτός, εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύο συνάπτειν, φυλασσέσθω κἂν τὸ σάββατον. c. 20 p. 155, 11—24: *μετὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς νηστείας πᾶσαν τετράδα καὶ πᾶσαν παρασκευὴν προστάσσομεν ὑμῖν νηστεύειν καὶ τὴν περισσείαν ὑμῶν τῆς νηστείας πένησιν ἐπιχορηγεῖν.* l. 19. *νηστεύειν* c. Usserio (Prolegg. ad Ignat. c. 8), *νηστείαν* edd.

c. p. 86, 4—7. *ὅταν ἐκεῖνοι—ὑμῖν μελέτω.* Epiphanius Haer. LXX, 11: *λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ὅτι ὅταν ἐκεῖνοι κτλ.* haec quartae decimae observationem docere demonstravi in libro meo: Der Paschastreit der alten Kirche p. 382 sq. l. 4. *ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται,* i. e. Judaeis nondum ieiunantibus vel ante VII dies azymorum, qui post d. XIV m. Nisani sequebantur. l. 4. 5. *ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε.* Christiani, qui cum Judaeis d. XIV. observabant, ante hanc diem ieiunabant, cf. librum meum: Der Paschastreit der alten Kirche p. 287 sq. 308. Didascalia app. syr. p. 87: „Darum sollt ihr, wenn ihr fastet, beten und bitten um derjenigen willen, welche verloren sind, wie auch wir gethan haben, als unser Erlöser gelitten hat." p. 89: „Er sprach aber zu uns, indem er uns lehrte: «Nicht um meinetwillen fastet ihr diese Tage (oder bedarf ich, dass ihr eure Seele demüthigt?), sondern wegen eurer Brüder habt ihr dieses gethan und pflegt diess zu thun in diesen Tagen, in welchen ihr fastet.»" p. 90: „Darum wisset, meine Brüder, dass ihr unser Fasten, welches wir am Pascha fasten, desshalb fastet, weil unsere Brüder nicht gehorcht haben. Denn wenn sie euch hassen, so sind wir doch schuldig, sie Brüder zu nennen, weil im Jesaja (LXVI, 5) für uns so geschrieben steht: «Nennet diejenigen Brüder, welche euch hassen und verachten, damit der Name des Herrn gepriesen werde.» Um ihretwillen also und um des Gerichts und der Verderbniss des Orts willen wird von uns gefordert zu fasten und zu trauern, damit wir uns freuen und fröhlich sind in der zukünftigen Welt." u. s. w. p. 91: „Es ziemt euch also, unsre Brüder, an den Tagen des Pascha, dass ihr mit Eifer forschet und euer Fasten haltet mit aller Sorgsamkeit. Ihr sollt aber beginnen dann, wenn eure Brüder aus dem Volk (Israel) das Pascha halten, weil, als unser Herr und Lehrer mit uns das Pascha ass, er nach dieser Stunde von Judas verrathen wurde." Constitutt. app. V, 15. p. 145, 14—17: *παρήγγειλεν οὖν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων δυσσέβειαν καὶ παρανομίαν, πενθεῖν αὐτοὺς καὶ ὀδύρεσθαι παρακελευσάμενος ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν.* p. 146, 7—10: *δεῖ οὖν πενθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι ἐλθόντος τοῦ κυρίου οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, ἀλλ' ἀπεσείσαντο τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, ἀναξίους κρίναντες ἑαυτοὺς σωτηρίας.* l. 5. 6. *ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν.* Didascalia app. syr. p. 89: „Und wiederum aber auch am Freitag sollt ihr für sie fasten, weil sie an ihm mich gekreuzigt haben während ihres Festes des Ungesäuerten, wie es in David (Ps. 73, 4. 5) zuvor gesagt ist: «An ihren Festen haben sie gelegt ihre Zeichen und haben es nicht verstanden.»" p. 91 vide supra. Constitutt app. V, 15 p. 146, 4—7: *ἐν αὐτῇ γὰρ αὐτῶν τῇ ἑορτῇ κατέσχον τὸν κύριον, ὅπως πληρωθῇ ἐκεῖνο τὸ φάσκον λόγιον Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα, καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν.* l. 6. 7. *καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν.* Num. XII, 8 LXX: *καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται,* Num. IX, 11 *ἐπ' ἀζύμων καὶ πικρίδων φάγονται αὐτό.* Deut. XVI, 3 *ἑπτὰ ἡμέρας φαγῇ ἐπ' αὐτοῦ ἄζυμα, ἄρτον κακώσεως.* l. 7. *ὑμεῖς εὐωχεῖσθε,* ieiunio soluto d. XIV. m. Nisani, quae erat Quartadecimanorum, ut ita dicam, consuetudo.

d. p. 86, 8—11. (*τὴν δὲ ἡμέραν*)*—ὑμῖν μελέτω.* Epiphanius Haer. LXX, 10: *εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον. — τὸ δὲ ῥητόν, ἀφ' οὗ λαμβάνοντες περὶ τοῦ πάσχα κακῶς παρερμηνεύουσιν οἱ προειρημένοι καὶ ἀγνοοῦντες ἑτέρως ὑπολαμβάνουσιν. ὁρίζουσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει οἱ ἀπόστολοι ὅτι ὑμεῖς κτλ. — — παρὰ τοῖς ἀποστόλοις δὲ τὸ ῥητὸν δι' ὁμόνοιαν ἐμφέρεται, ὡς ἐπιμαρτυροῦνται λέγοντες ὅτι κἄν τε πλανηθῶσι, μηδὲν ὑμῖν μελέτω.* Didascalia app. syr. p. 91 (v. supra ad nr. c. p. 86, 4—7): „Ihr sollt aber beginnen dann, wenn

eure Brüder aus dem Volk (Israel) das Pascha halten, weil, als unser Herr und Lehrer mit uns das Pascha ass, er nach dieser Stunde von Judas verrathen wurde. Und um dieselbe Zeit haben wir angefangen, bedrückt zu werden, weil er von uns genommen war. Nach der Zahl des Mondes, wie wir zählen nach der Zahl der gläubigen Hebräer, am zehnten im Monat, am Montag haben sich die (p. 92) Priester und Aeltesten des Volks versammelt" u. s. w. p. 95: „Wie also der vierzehnte des Pascha fällt, so sollt ihr ihn halten. Denn nicht stimmt der Monat, und auch nicht der Tag in jedem Jahre mit dieser Zeit, sondern er ist verschieden." prorsus differunt Constitutt. app. V, 17 p. 149, 1—10: *δεῖ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, τοὺς τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἐξηγορασμένους, τὰς ἡμέρας τοῦ πάσχα ἀκριβῶς ποιεῖσθαι μετὰ πάσης ἐπιμελείας μετὰ τροπὴν ἰσημερινήν, ὅπως μὴ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑνὸς παθήματος μνείαν ποιῆσθε, ἀλλ' ἅπαξ τοῦ ἔτους τοῦ ἅπαξ ἀποθανόντος, μηκέτι παρατηρούμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν. οὐδεμία γὰρ κοινωνία ἡμῖν πρὸς αὐτούς· πεπλάνηται γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν ψῆφον, ἣν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν, ὅπως πανταχόθεν ὦσι πεπλανημένοι καὶ τῆς ἀληθείας ἀπεσχοινισμένοι.*

e. p. 86, 12. 13: *τὴν ἀγρυπνίαν* (*φέρετε*) *μεσαζόντων τῶν ἀζύμων.* Epiphanius Haer. LXX, 10 post ea quae ad n. d. p. 86, 8—11 notata sunt) pergit: *ἐξ αὐτῶν γὰρ τῶν ἐκεῖσε* (in Constitutt. app.) *εἰρημένων ῥητῶν ἡ ἀντίθεσις ὀφθήσεται. φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν μεσαζόντων τῶν ἀζύμων.* pervigilium resurrectionis diem praecedens mediis fere azymorum diebus (XV—XXI. Nisan.), i. e. ante d. XVII. huius mensis instituebatur, cf. librum meum: Der Paschastreit der alten Kirche p. 381 sq. iam catholicum magni sabbati ieiunium commendat Didascalia app. syr. p. 73 (v. infra ad nr. f. p. 86, 14—19). antiquior consuetudo iubetur p. 95 (post ea quae ad nr. d. p. 86, 8—11 laudavimus): „Also fastet dann, wenn das (jüdische) Volk das Pascha feiert (ipso die XIV m. Nisan.) und vollendet eifrig eure Vigilie innerhalb ihres Ungesäuerten."

